



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



D 179.

TAYLOR INSTITUTION.

—
BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY


BY


ROBERT FINCH, M. A.

OF BALLIOL COLLEGE.

2985 ε. 78











M. A. PLAVTI TOM. III.

M. ATTI PLAVTI
COMOEDIARVM

TOMVS TERTIVS.

IN VSVM ELEGANTIORVM HOMINVM

EDIDIT

FRIDERICVS HENRICVS BOTHE.



BEROLINI.

SVMTV AVGVSTI FRIDERICI KVHNI.

1810.



P O E N V L V S.

A R G V M E N T V M.

Puer septuennis surripitur Carthagine.
Osor mulierum adoptat hunc emtum senex
Et facit heredem. Eius cognatae duae
Nutrixque earum raptae. Mercatur Lycus
Vexatque amantem. At ille cum auro villicum
Lenoni obtrudit; inde eum furto adligat.
Venit Hanno Poenus, gnatum hunc fratris reperit
Suasque agnoscit, quas perdiderat, filias.

DRAMATIS PERSONAE.

AGORASTOCLES.

MILPHIO.

ADELPHASIVM.

ANTERASTYLIS.

LYCVS.

ANTHEMONIDES.

ADVOCATI.

COLLYBISCVS.

SYNCERASTVS.

HANNO.

GIDDENEME.

PVER.

P R O L O G V S.

Achilem Aristarchi mihi commentari lubet; i. s.
Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia.
Sileteque et tacete atque animum advortite:
Audire iubet vos imperator histricus,
Bonoque ut animo sedeant in subselliis 5
Et qui esurientes et qui saturi venerint.
Qui edistis, multo fecistis sapientius;
Qui non edistis, saturi fite fabulis.
Nam quoi paratum est quod edit nostra gratia,
Nimia est stultitia sessum inpransum incedere. 10
Exsurge, praeco: fac populo audientiam.
Iamdudum exspecto, si tuom officium scias.
Exerce vocem, quam per vivisque et colis!
Nam nisi clamabis: tacitum te obrepet fames.
Age, nunc reside: duplicem ut mercedem feras. 15
Bonum factum est, edicta ut servetis mea.
Scortum exoletum ne quis in proscenio
Sedeat, neu lictor verbum aut virgae muttiant,
Neu dissignator praeter os obambulet,
Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet. 20
Diu qui domi otiosi dormierunt, decet
Animo aequo nunc stent vel dormire temperent.

Servi ne obsideant, liberis ut sit locus,
 Vel aes pro capite dent; si id facere non queunt:
 Domum abeant, vitent ancipiti infortunio: 25
 Ne et hic varientur virgis et loris domi,
 Si minus curassint, quando heri veniant domum.

Nutrices pueros infantis minutulos
 Domi ut procurent neu quae spectatum adferant:
 Ne et ipsae sitiunt et pueri pereant fame, 30
 Neve esurientes hic, quasi hoedi, obvagian.

Matronae tacitae spectent, tacitae rideant;
 Canora hic voce sua tinnire temperent;
 Domum sermones fabulandi conferant:
 Ne et hic viris sint et domi molestiae. 35

Quodque ad ludorum curatores attinet,
 Ne palma detur quoiquam artifici iniuria,
 Neve ambitionis causa extrudantur foras,
 Quo deteriores anteponantur bonis.

Et hoc quoque etiam, quod pene oblitus fui: 40
 Dum ludi fiunt, in popinam, pedisequi,
 Inruptionem facite! nunc, dum occasio est,
 Nunc, scribilitae dum aestuant, occurrite.
 Haec, imperata quae sunt pro imperio historico,
 Bonum hercle factum pro se quisque ut meminerit. 45

Ad argumentum nunc vicissatim volo

Remigrare: ut aequae mecum sitis gnarures.
 Eius nunc regiones, limites, confinia
 Determinabo: ei re ego finitor factus sum.
 Sed, nisi molestum est, nomen dare vobis volo 50
 Comoediai; sin odio est: dicam tamen,
 Si quidem licebit per eos, quibus est in manu.
 Carchedonius vocatur haec comoedia;
 Latine Plautus: Patruos pultiphagonides.

Nomen iam habetis; nunc rationes ceteras 55
 Accipite: nam argumentum hoc hic censebitur.
 Locus argumento est suom sibi proscenium;
 Vos iuratores estis: quaeso, operam date.
 Carthaginenses fratres patruelles duo
 Fuere summo genere et summis divitiis. 60
 Eorum alter vivit, alter est ecmortuos.
 Propterea apud vos dico confidentius,
 Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.
 Sed illi seni, qui mortuos est, ei filius
 Vnicus qui fuerat, abditivos a patre, 65
 Puer septuennis subripitur Carthagine
 Sexennio prius quidem, quam moritur pater.
 Quoniam perisse sibi videt gnatum unicum:
 Coniicitur ipse in morbum ex aegritudine;
 Facit illum heredem fratrem patruellem suom; 70
 Ipse abiit ad Acheruntem sine viatico.
 Ille, qui subripuit puerum, Calydonem avehit;
 Vendit eum domino hic diviti quoidam seni,
 Cupienti liberorum, osori mulierum.
 Emit hospitem is filium inprudens senex 75
 Puerum illum, eumque adoptat sibi pro filio,
 Eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem.
 Is illic adulescens habet in illisce aedibus.
 Revortor rursus denuo Carthaginem.
 Si quid mandare voltis aut curarier: 80
 Argentum nisi qui dederit, nugas egerit;
 Verum qui dederit, mage maiores egerit.
 Sed illi patruo huius, qui vivit senex,
 Carthaginensi duae fuere filiae.
 Altera quinquennis, altera quadrimula, 85
 Cum nutrice una periire. A Magalibus

Eas qui subripuit, in Anactorium devehit
 Venditque has omnis, et nutricem et virgines,
 Praesenti argentod homini (si leno est homo),
 Quantum hominum terra sustinet, sacerrumo. 90
 Vosmet nunc facite coniecturam ceterum,
 Quid id sit hominis, quoi Lyco nomen siet.
 Is ex Anactorio, ubi prius habitaverat,
 Huc in Calydonem commigravit haud diu
 Sui quaesti causa. Is in illis habitat aedibus. 95
 Earum hic adulescens alteram ecflctim perit
 Suam sibi cognatam, imprudens neque scit, quae siet,
 Neque eam unquam tetigit (ita eum leno macerat),
 Neque quidquam cum ea fecit etiamnum stupri,
 Neque duxit unquam, neque ille voluit mittere: 100
 Quia amare cernit, tangere hominem volt bolo.
 Illanc minorem in concubinatum sibi
 Volt emere miles quidam, qui illam deperit.
 Sed pater illarum Poenus, postquam perdidit,
 Marique terraque usquequaque quaeritat. 105
 Vbi quamque in urbem est ingressus: eloco
 Omnis meretrices, ubi quisque habitant, invenit;
 Dat aurum, ducit noctem; rogitat postibi,
 Vnde sit, quoiatis, captane an subrepta sit,
 Quo genere gnata, qui parentes fuverint. 110
 Ita docte atque astu filias quaerit suas.
 Et is omnis linguas scit; sed dissimulat sciens.
 Se scire: Poenus plane est; quid verbis opust?
 Is heri huc in portum navi venit vespere.
 Pater harunc idem huic patruos adulescentulo est. 115
 Iamne hoc tenetis? Si tenetis: ducite.
 Cave dirumpatis: quaeso, sinite transigi.
 Ehem, pene oblitus sum reliquom dicere!

Ille, qui adoptavit hunc sibi pro filio,
 Is illi Poeno huiusce patri hospes fuit. 120
 Is hodie huc veniet reperietque hic filias
 Et hunc sui fratris filium, ego ut didici quidem.
 Ego ibo: ornabor; vos aequo animo noscite.
 Hic, qui hodie veniet, reperiet suas filias
 Et hunc sui fratris filium. Dehinc ceterum 125
 Valetate! adeste! Ibo: alius nunc fieri volo.
 Quod restat, restant alii qui faciant palam.
 Valetate atque adiuvate: ut vos servet Salus.

 AGORASTOCLES. MILPHIO.

AGORASTOCLES.

Saepe ego res multas tibi mandavi, Milphio, i. s. I, 1
 Dubias, egenas, inopiosas consili,
 Quas tu sapienter docte et cordate et cate
 Mihi reddidistid opiparas opera tua;
 Quibus pro benefactis fateor deberi tibi 5
 Et libertatem et multas gratas gratias.

MILPHIO.

Scitum est, per tempus si obviam it, verbum vetus:
 Nam tuae blanditiae mihi sunt, quod dici solet,
 Gerrae germanaed atque edepol *ἀλυσσοι λύραι*.
 Nunc mihi blandidicus es; heri in tergo meo 10
 Tris facile corios contrivisti bubulos.

AGORASTOCLES.

At amans per amorem si quid feci, Milphio:
 Ignoscere id te mi aequom est.

MILPHIO.

Haud vidi magis.

Et nunc ego amore pereo: sine te verberem,
 Item ut tu mihi fecisti, ob nullam noxiam; 15
 Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.

AGORASTOCLES.

Si tibi lubido est aut voluptati: sino.
 Suspende, vinci, verbera! Auctor sum; sino.

MILPHIO.

Si auctoritatem postera defugeris:
 Vbi dissolutus tu sies, ego pendeam. 20

AGORASTOCLES.

Egone istuc ausim facere, praesertim tibi?
 Quin si feriri video te: extemplo dolet.

MILPHIO.

Mihi quidem hercle.

AGORASTOCLES.

Imo mihi.

MILPHIO.

Istuc mavelim.

Sed quid nunc tibi vis?

AGORASTOCLES.

Cur ego apud te mentiar?

Amo inmodeste.

MILPHIO.

Meae istuc scapulae sentiunt. 25

AGORASTOCLES.

At ego hanc vicinam dico, Adelphasium, meam,
 Lenonis huius meretricem maiusculam.

MILPHIO.

Iampridem equidem istuc ex te audivi.

POENVLVS.

15

AGORASTOCLES.

Differor

Cupidine eius. Sed lenone istoc Lyco,
Illius domino, non lutum est lutulentius. 30

MILPHIO.

Vin' tu illi nequam dare nunc?

AGORASTOCLES.

Cupio.

MILPHIO.

En, me dato.

AGORASTOCLES.

Abi diirectus!

MILPHIO.

Dic mihi vero serio:

Vin' dare malum illi?

AGORASTOCLES.

Cupio.

MILPHIO.

Hem, eundem me dato:

Vtrumque faxo habebit, et nequam et malum.

AGORASTOCLES.

Iocare.

MILPHIO.

Vin' tu illam hodie sine damno tuo 35
Tuam libertam facere?

AGORASTOCLES.

Cupio, Milphio.

MILPHIO.

Ego faciam ut facias. Sunt tibi intus aurei
Trecenti numi Philippei?

AGORASTOCLES.

Sexcenti quoque.

MILPHIO.

Satis sunt trecenti.

AGORASTOCLES.

Quid iis facturus?

MILPHIO.

Tace.

Totum lenonem tibi cum tota familia

40

Dabo hodie dono.

AGORASTOCLES.

Quid facturus?

MILPHIO.

Iam scies.

Tuos Collybiscus nunc in urbe est villicus.

Eum hic non novit leno. Satin' intellegis?

AGORASTOCLES.

Intellego hercule; sed, quo evadas, nescio.

MILPHIO.

Non scis?

AGORASTOCLES.

Non hercule.

MILPHIO.

At ego iam faxo scies. 45

Ei dabitur aurum, ut ad lenonem deferat

Dicatque: se peregrinum esse ex alio oppido;

Amare velle atque obsequi se animo suo:

Locum sibi velle liberum praeberier,

Vbi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter. 50

Leno ad se accipiet, auri cupidus, eloco;

Celabit hominem et aurum.

AGORASTOCLES.

Consilium placet.

MIL-

POENVLVS.

17

MILPHIO.

Rogato, servos veneritne ad eum tuos.
Ille me censebit quaeri: continuo tibi
Negabit. Quid tum dubitas, quin extempulo 55
Dupli tibi, auri et hominis, fur leno siet?
Neque, id unde efficiat, habet: ubi in ius venerit:
Addicet praetor familiam totam tibi.
Ita decipiemus fovea lenonem Lycum.

AGORASTOCLES.

Placet consilium.

MILPHIO.

Imo etiam ubi expolivero 60
Magis: hoc tum demum dices; nunc etiam rude est.

AGORASTOCLES.

Ego in aedem Veneris eo, nisi quid vis, Milphio,
Aphrodisia hoc die sunt.

MILPHIO.

Scio.

AGORASTOCLES.

Oculos volo

Meos delectare munditiis meretriciis.

MILPHIO.

Hoc primum agamus, quod consilium cepimus. 65
Abeamus intro: ut Collybiscum villicum
Hanc perdoceamus ut serat fallaciam.

AGORASTOCLES.

Quamquam Cupido in corde vorsatur: tamen
Tibi auscultabo.

MILPHIO.

Faciam, ut facto gaudeas. —

Inest amoris macula huic homini in pectore, 70
Sine damno magno quae elui ne utiquam potest;

III.

[2]

Itaque hic scelestus est homo leno Lycus,
 Quoi iam infortuni intenta ballista est probe,
 Quam ego haud multo post mittam e ballistario.
 Sed Adelphasium exit, eccam, atque Anterastylis. 75
 Haec est prior, quae meum herum dementem facit.
 Sed evocabo. Heus, i foras, Agorastocles,
 Si vis videre ludos iucundissimos!

AGORASTOCLES.

Quid istuc tumulti est, Milphio?

MILPHIO.

Hem amores tuos,

Si vis spectare.

AGORASTOCLES.

O multa tibi di dent bona, 80

Quom mi obtulisti hoc tam lepidum spectaculum!

ADELPHASIVM. ANTERASTYLIS. MIL-
 PHIO. AGORASTOCLES. ANCILLA.

ADELPHASIVM.

Negoti sibi qui volet vim parare, b. t. I, 2
 Navem et mulierem, istaec duo comparato:
 Nam nullae magis res duae plus negoti
 Habent, forte si occeperis exornare; 85
 Neque unquam sat istae duae res ornantur,
 Neque eis ulla ornandi satis satietas est.
 Atque haec ut loquor, nunc modo docta dico:
 Nam nos usque ab aurora ad hoc quod diei est
 Ex industria ambae concessamus nunquam 90

Lavari aut fricari aut tergeri aut ornari,
 Poliri, expoliri, pingi, fingi; et una
 Binae singulis quae datae ancillae nobis,
 Eae nos lavando, eluendo, operam dederunt;
 Adgerundaque aqua sunt viri duo defessi. 95
 Apagesis, negoti quantum in muliere una est!
 Sed vero duae, sat scio, maxumo uni
 Poplo quoilubet plus satis dare potissunt,
 Quae noctis diesque omni in aetate semper
 Ornantur, lavantur, tergentur, poliuntur. 100
 Postremo modus muliebris nullust, neque unquam
 Lavando et fricando sumus saturae. b. tr.
 Nam quae lauta est, nisi perculta est, meo quidem
 animo quasi inflauta est. t. t.

ANTERASTYLIS.

Mirror quidem, soror, te istaec sic fabulari, b. t.
 Quae tam callida et docta sis et faceta: 105
 Nam quom sedulo munditer nos habemus,
 Vix aegreque amatorculos invenimus.

ADELPHASIVM.

Ita est; verum hoc unum tamen cogitato:
 Modus omnibus in rebus, soror, optimum habitu
 est;
 Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus
 ex se. i. t. c. 110

ANTERASTYLIS.

Soror, cogita, amabod, item nos perhiberi, b. t.
 Quasi salsa muriatica esse autumantur
 Sine omni lepore et sine suavitate,
 Nisi multa aqua usque et diu macerantur:
 Olent: tangere ut non velis. Sumus item nos 115

Eius seminis: mulieres sunt insulsae ad-
modum atque invenustae sine munditia et sumtu.

MILPHIO.

Coqua est haec quidem, Agorastocles, ut ego opinor:
Scit, muriatica ut macerent.

AGORASTOCLES.

Quid molestus?

ADELPHASIVM.

Soror, parce, amabo. Sat est, istuc alios 120
Dicere nobis, ne nostra etiam nosmet loquamur
vitia. as. ex t. d. et i. d. c.

ANTERASTYLIS.

Quiesco ergo.

ADELPHASIVM.

Amo te. Sed hoc nunc responde b. t.
Mihi: sunt hic omnia, quae ad deum pacem oportet
Adesse?

ANTERASTYLIS.

Adcuravi. b. d.

AGORASTOCLES.

Diem pulcrum et celebrem et venustatis plenum,
b. t. 125
Dignum Veneri pol, quoi sunt Aphrodisia hodie!

MILPHIO.

Ecquid gratiae, quom huc foras te evocavi?
Iam non me donari cado vini veteris
Decet? Dic dari! — Nil respondes? — b. tr.
Lingua huic excidit, ut ego opinor. — Quid hic,
malum, adstans obstipuisti? t. t. 130

AGORASTOCLES.

Sine amem! Ne obturba ac tace! t. d. c.

MILPHIO.

Taceo.

AGORASTOCLES.

Si tacuisses: iam istuc „Taceo“ non natum
foret. t. t. c.

ANTERASTYLIS.

Eamus, mea sotor.

ADELPHASIVM.

Eho, amabo, quid illo nunc properas?

ANTERASTYLIS.

Rogas?

Quia herus nos apud aedem Veneris mantat.

ADELPHASIVM.

Maneat pol. Mane:

Turba est nunc apud aram. An te ibi vis inter istas
vorsarier 135

Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias,
Miseras, schoeno delibutas, servolicolas sordidas,
Quae tibi olant stabulum statunque sellam et ses-
sibulum merum,
Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit ne-
que duxit domum,
Servolorum sordidulorum scorta diobolaria? 140

MILPHIO.

I in malam crucem! tun' audes etiam servos sper-
nere,

Propudium? Quasi bella sit, quasi eampse reges
ductitent!

Monstrum mulieris! tantilla tanta verba funditat,
Quoius ego nebulae cyatho septem noctis non
emam.

AGORASTOCLES.

Di immortales omnipotentes, quid est apud vos pul-
crius? 145

Quid habetis, mage qui immortalis vos credam esse,
quam ego siem,

Qui haec tanta oculis bona concipio? nam Venus
non est Venus;

Hanc equidem Venerem venerabor: me ut amet
posthac propitia.

Milphio, heus, ubi es?

MILPHIO.

Assum apud te, eccum.

AGORASTOCLES.

At ego elixus sis volo.

MILPHIO.

Enimvero, here, facis delicias.

AGORASTOCLES.

De te quidem haec didici omnia. 150

MILPHIO.

Etiamne, ut ames eam, quam nunquam tetigeris?
Nihil id quidem est.

AGORASTOCLES.

Deos quoque edepol et amo et metuo, quis ego
tam abstineo manus.

ANTERASTYLIS.

Ecastor, quom ornatum adspicio nostrum ambarum:
poenitet,

Exornatae ut simus.

ADELPHASIVM.

Imo vero sane commode:

Nam pro herili et nostro quaestu satis bene orna-
tae sumus. 155

Non enim quaestus consistet, sumtus si im superat,
soror:

Eo illud satius est, quod satis est, habitu, quam,
quod plus sat est.

AGORASTOCLES.

Ita me di ament, ut illa me amet, malim quam di,
Milphio:

Nam illa mulier lapidem silicem subigere, ut se
amet, potest,

MILPHIO.

Pol id quidem haud mentire: nam tu es lapide si-
lice stultior, i. t. 160

Qui hanc ames.

AGORASTOCLES.

Ac vide, sis: cum illac nunquam limavi caput. t. t. c.

MILPHIO.

Curram igitur aliquo ad piscinam aut ad lacum: li-
mum petam.

AGORASTOCLES.

Quid eo opust?

MILPHIO.

Ego dicam: ut illice et tibi limem caput.

AGORASTOCLES.

I in malam rem!

MILPHIO.

Ibi sum equidem.

AGORASTOCLES.

Pergis?

MILPHIO.

Taceo.

AGORASTOCLES.

At perpetuo volo.

MILPHIO.

Enimvero, here, meo me laccessis ludo et delicias
facis. 165

ANTERASTYLIS.

Satis nunc lepide ornatam credo, soror, te tibi vi-
derier;
Sed ubi exempla conferentur meretricum aliarum:
ibi tibi
Cordolium erit, si quam ornatam melius forte ad-
spexeris.

ADELPHASIVM.

Invidia in me nunquam innata est neque malitia,
mea soror;
Bono meo ingenio esse ornatam quam auro, multo
mavolo. i. t. 170
Aurum fortuna invenitur, natura ingenium bonum:
t. t. c.
Bonam ego, quam beatam, me esse nimio dici ma-
volo.
Meretricem pudorem gerere mage decet quam pur-
puram,
Magisque meretricem pudorem, quam aurum, gere-
re condecet:
Pulcrum ornatum turpes mores peius coeno conli-
nunt; 175
Lepidi mores turpem ornatum facile factis conpro-
bant.

AGORASTOCLES.

Eho tu, vin' tu facinus facere lepidum et festivom?

MILPHIO.

Volo.

AGORASTOCLES.

Poten' mihi auscultare?

MILPHIO.

Possum.

AGORASTOCLES.

Abi domum ac suspende te.

MILPHIO.

Quamobrem?

AGORASTOCLES.

Quia iam nunquam audibis verba tot tam suavia.
Quid tibi opust vixisse? Ausculta mihi modo ac
suspende te. 180

MILPHIO.

Si quidem tu es mecum futurus pro uva passa pen-
silis.

AGORASTOCLES.

At ego amo hanc.

MILPHIO.

At ego esse et bibere.

ADELPHASIVM.

Eho tu, quid ais?

ANTERASTYLIS.

Quid rogas?

ADELPHASIVM.

Viden' tu? pleni sordium oculi qui erant, iam splen-
dent mihi?

ANTERASTYLIS.

Imo etiam in medio oculo paulum sordet.

ADELPHASIVM.

Cedo, sis, dexteram.

AGORASTOCLES.

Vt tu quidem huius oculos inlutis manibus tractes
ac teras? i. t. 185

ANTERASTYLIS.

Nimia nos socordia hodie tenuit.

ADELPHASIVM.

Qua de re, obsecro? t. t. c.

ANTERASTYLIS.

Quia iam non dudum ante lucem ad aedem Vene-
neris venimus:

Primulum ut inferremus ignem in aram.

ADELPHASIVM.

Ah, non factum est opus:

Quae habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire
occupant;

Priusquam Venus expergiscatur, prius deproperant
sedulo 190

Sacrificare: nam vigilante Venere si veniant eae:

Ita sunt turpes, credo ecastor, Venerem ipsam
e fano fugent.

AGORASTOCLES.

Milphio!

MILPHIO.

Edepol Milphionem miserum! quid nunc vis tibi?

AGORASTOCLES.

Obsecro hercle, ut mulsa loquitur!

MILPHIO.

Nil nisi laterculos

Sesamum papaveremque triticum et frictas nuces. 195

AGORASTOCLES.

Ecquid amare videor?

MILPHIO.

Damnum, quod Mercurius minime amat.

AGORASTOCLES.

Nam quidem edepol lucrum amare nullum amatorem
addecet.

ANTERASTYLIS.

Eamus, mea germana.

ADELPHASIVM.

Age, sis, uti lubet. Sequere hac.

ANTERASTYLIS.

Sequor.

AGORASTOCLES.

Eunt hae. Quid si adeamus?

MILPHIO.

Adeas.

AGORASTOCLES.

Primum prima salva sis;

Et secunda tu secundo salve in pretio; tertia 200

Salve extra pretium.

ANCILLA.

Tum pol ego et oleum et operam perdididi.

AGORASTOCLES.

Quo te agis?

ADELPHASIVM.

Egone? In aedem Veneris.

AGORASTOCLES.

Quid eo?

ADELPHASIVM.

Vt Venerem propitiem.

AGORASTOCLES.

Eho, an irata est? Propitia hercle est. Vel ego
pro illa spondeo.

ADELPHASIVM.

Quid tu agis? quid mihi molestus, obsecro?

AGORASTOCLES.

Ah, tam saeviter?

ADELPHASIVM.

Mitte, amabo!

AGORASTOCLES.

Quid festinas? Turba nunc illi est.

ADELPHASIVM.

Scio. 205

Sunt illi aliae, quas spectare ego et me spectari volo.

AGORASTOCLES.

Qui lubet spectare turpis, pulcram spectandam dare?

ADELPHASIVM.

Quia mercatus hodie apud aedem Veneris est me-
rettricius;

Eo conveniunt mercatores: ibi ego me ostendi volo.

AGORASTOCLES.

Invendibili merci oportet ultro emtorem adducere:
Proba merx facile emtorem reperit, tametsi in ab-
struso sita est.

Quid ais tu? quando illi apud me caput et corpus
copulas?

ADELPHASIVM.

Quo die Orcus ab Acherunte mortuos amiserit.

AGORASTOCLES.

Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.

ADELPHASIVM.

Deferto ad me: faxo actutum constiterit lymphati-
cum. 215

MILPHIO.

Bellula hercle est!

AGORASTOCLES.

I dierecte in maxumam malam crucem!

MILPHIO.

Quam magis adspecto, tam magis est nimbata et
nugae merae.

AGORASTOCLES.

Segrega sermonem: taedet. — Age, sustolle hoc
amiculum.

ADELPHASIVM.

Pura sum: conperce, anabo, me adtrectare, Agora-
stocles.

AGORASTOCLES.

Quid agam nunc?

ADELPHASIVM.

Si sapias: curam hanc facere conpendi potes. 220

AGORASTOCLES.

Quid? ego non te curem? — Quid ais, Milphio?

MILPHIO.

Ecce odium meum! —

Quid me vis?

AGORASTOCLES.

Cur mi haec irata est?

MILPHIO.

Cur haec irata est tibi?

Cur ego id curem nam? qui istaec mage mea est
curatio?

AGORASTOCLES.

Iam hercle tu peristi, ni illam mihi tam tranquillam
facis,

Quam mare olim est, quom ibi alcedo pullos edu-
cit suos. 225

MILPHIO.

Quid faciam?

AGORASTOCLES.

Exora, blandire, expalpa!

MILPHIO.

Faciam sedulo;

Sed vide, sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas
postea.

AGORASTOCLES.

Non faciam, non!

MILPHIO.

Aequius in me sit.

AGORASTOCLES.

Morare.

ADELPHASIVM.

I! male facis:

Bene promittis multa ex multis; omnia incassum
cadunt.Liberare iuravisti me haud semel, sed centies. 230
Dum te exspecto: neque aliam usquam mihi paravi
copiam,Neque istuc usquam adparet. Ita nunc servio nihilo
minus.

I, soror. — Abscede tu a me.

AGORASTOCLES.

Perii! Ecquid agis Milphio?

MILPHIO.

Mea voluptas, mea delicia, mea vita, mea amoenitas,
Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum sa-
vium, 235Meum mel, meum cor, mea colostrā, meus molli-
culus caseus....

AGORASTOCLES.

Mene ego illaec patiar praesente dici? Discrucior
miser,
Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnufi-
cem rapi!

MILPHIO.

Noli, amabo, suscensere hero meo causa mea!
Ego faxo, si non irata es, — numulum pro te da-
bit 240

Ac te faciet ut sis civis Attica atque libera.

ADELPHASIVM.

Quin abire sinis? quid vis tibi? Qui bene volt, bene
visitem.

MILPHIO.

Si ante quidem mentitust: nunc iam dehinc erit ve-
rax tibi.

ADELPHASIVM.

Abige te hinc, sis, sycophanta.

MILPHIO.

Pareo.

AGORASTOCLES.

At scin', quomodo?

MILPHIO.

Sine te exorem, sine te prendam auriculis, sine dem
savium! 245

Iam hercle ego faciam plorantem illum, nisi te fa-
cio propitiam;

Atque hic me ne verberillum faciat, nisi te propitio,
Male formido: novi ego huius mores morosi malos.
Quamobrem, amabo, mea voluptas, sine ted exoarier.

AGORASTOCLES.

Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiae 250

Exturbo oculos atque dentis! Hem voluptatem tibi!
 Hem mel! hem cor! hem colostram! hem salutem!
 hem savium!

MILPHIO.

Inpias, here, te: oratorem verberas.

AGORASTOCLES.

Iam istoc magis!
 Etiam ocellum addam et labellum et linguam!

MILPHIO.

Ecquid facies modi?

AGORASTOCLES.

Siccine ego te orares iussi?

MILPHIO.

Quomodo ergo orem?

AGORASTOCLES.

Rogas? 255

Sic enim diceres, sceleste: Huius voluptas, te ob-
 secro,

Huius mel, huius cor, huius labellum, huius lingua,
 huius savium,

Huius colostra, huius salus amoena, huius festivitas,
 Huius cura, huius studium, huius dulciculus caseus,
 mastigia;

Omnia illa, quae dicebas tua esse, ea memorares
 mea. 260

MILPHIO.

Obsecro hercle te, voluptas huius atque odium meum,
 Huius amica mammeata, mea inimica et malevola,
 Oculus huius, lippitudo mea, mel huius, fel meum,
 Vt tu te huic irata ne sis; aut, si id fieri non potest,
 Capias restim ac te suspendas cum hero et vostra
 familia: 265

Nam

Nam mihi iam video propter te victitandum sorbilo,
Itaque iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito
Propter amorem vostrum.

ADELPHASIVM.

Amabo, men' prohibere postulas,
Ne te verberet, mage quam ne mendax me advor-
sum siet?

ANTERASTYLIS.

Aliquid huic responde, amabo, commode: ne in-
commodus 270

Nobis sit: nam detinet nos nostro de negotio.

ADELPHASIVM.

Verum. — Etiam tibi hanc amittam noxiam unam,
Agorastocles.

Non sum irata.

AGORASTOCLES.

Non es?

ADELPHASIVM.

Non sum.

AGORASTOCLES.

Da ergo, ut credam, savium.

ADELPHASIVM.

Mox dabo, quom ab re divina rediero.

AGORASTOCLES.

I ergo strenue.

ADELPHASIVM.

Sequere me, soror.

AGORASTOCLES.

Atque (audin'?) etiam Veneri dicito 275
Multam meis verbis salutem.

ADELPHASIVM.

Dicam.

AGORASTOCLES.

Atque hoc audi.

ADELPHASIVM.

Quid est?

AGORASTOCLES.

Paucis verbis rem divinam facito. Atque (audin'?)
respice. —

Respexit. Itidem pol Venerem credo facturam tibi.

AGORASTOCLES. MILPHIO.

AGORASTOCLES.

Quid nunc mi est auctor, Milphio?

MILPHIO.

Vt me verberes i. s. I, 3.

Atque auctionem facias: nam impunisime 280

Tibi quidem hercle vendere hasce aedis licet.

AGORASTOCLES.

Quid iam?

MILPHIO.

Maiorem partem in ore habitas meo.

AGORASTOCLES.

Supersede istis verbis.

MILPHIO.

Quid nunc vis tibi?

AGORASTOCLES.

Trecentos Philippos Collybiscò villico

Dedi dudum, priusquam me evocavisti foras. 285

Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dexteram

Perque hanc sororem laevam perque oculos tuos,

Per meos amores perque Adelphasium meam
Perque tuam libertatem.

MILPHIO.

Hem, nunc nihil obsecras.

AGORASTOCLES.

Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus, 290
Fac, quod facturum te esse promisti mihi,
Vt ego hunc lenonem perdam.

MILPHIO.

Perfacile id quidem est.

I, adduce testis tecum; ego intus interim
Iam et ornamentis meis et sycophantiis
Tuom exornabo villicum. Propera atque abi! 295

AGORASTOCLES.

Fugio.

MILPHIO.

Meum est istuc magis officium, quam tuom.

AGORASTOCLES.

Egone, si istuc lepide ecfexis

MILPHIO.

I modo.

AGORASTOCLES.

Vt non ego te hodie

MILPHIO.

Abi modo!

AGORASTOCLES.

Emittam manu

MILPHIO.

I modo!

AGORASTOCLES.

Non hercle meream — ah!

MILPHIO.

Vah, abi modo!

AGORASTOCLES.

Quantum Acherunte est mortuorum

MILPHIO.

Etiamne abis? 300

AGORASTOCLES.

Neque quantum aquai est in mari

MILPHIO.

Ne abiturus es?

AGORASTOCLES.

Neque nubis omnis quantum est

MILPHIO.

Pergin' pergere?

AGORASTOCLES.

Neque stellae in coelo

MILPHIO.

Pergin' auris tundere?

AGORASTOCLES.

Neque hoc, neque illuc, neque — enimvero serio —

Neque hercle vero — quid opust verbis? — quip-

pini? — 305

Quod uno verbo — dicere hic quidvis licet —

Neque hercle vero serio — scin', quomodo?

Ita me di amabunt — vin', bona dicam fide?

Quod hic inter nos liceat — ita me Iupiter —

Scin', quam? — vide tu — credin', quod ego fa-

buler? 310

MILPHIO.

Si nequeo facere, ut abeas: egomet abiero:

Nam isti quidem hercle orationi est Oedipo

Opus coniectore, sphingi qui interpretis fuit.

AGORASTOCLES.

Ille hinc iratus abiit: nunc mihi cautio est,
 Ne meamet culpa meo amori obiexim moram. 315
 Ibo atque arcessam testis: quando amor iubet
 Obedientem me esse servo liberum.

LYCVS. ANTHEMONIDES.

LYCVS.

Di illum infelicient omnes, qui post hunc diem i. s. II.
 Leno ullam Veneri unquam inmolarit hostiam,
 Quive ullum thuris granum sacrificaverit! 320
 Nam ego hodie infelix dis meis iratissimis
 Sex inmolaui agonas nec potui tamen
 Propitiam venerem facere utid esset mihi.
 Quoniam litare nequeo: abii illinc eloco
 Iratus; exta vetui prosicarier, 325
 Neque illa adspicere volui. Quoniam non bona
 Haruspex dixit: deam esse indignam credidi.
 Eo pacto avarae Veneri pulcre adii manum.
 Quando id, quod sat erat, satis habere noluit:
 Ego pausam feci. Sic ago: sic me decet. 330
 Ego faxo posthac di deaeque ceteri
 Contentiores mage erunt atque avidi minus,
 Quom scibunt, Veneri ut adierit leno manum.
 Condigne haruspex, non homo trioboli,
 Omnibus in extis aibat portendi mihi 335
 Malum damnunquē et deos esse iratos mihi.
 Quid ei divini aut humani aequom est credere?
 Mina mihi argenti dono postilla est data.

Sed, quaeso, ubinam illic restitit miles modo,
 Qui hanc mihi donavit, quem ego vocavi ad pran-
 dium? 340

Sed eccum incedit.

ANTHEMONIDES.

Ita, ut occepi dicere,
 Lenulle, de illac pugna pentethronica,
 Qua sexaginta millia hominum uno die
 Volaticorum manibus occidi meis

LYCVS.

En volaticorum hominum?

ANTHEMONIDES.

Ita dico quidem. 345

LYCVS.

An, obsecro, usquam homines sunt volatici?

ANTHEMONIDES.

Fuere; verum ego interfeci.

LYCVS.

Quomodo

Potuisti?

ANTHEMONIDES.

Dicam. Viscum legioni dedi
 Fundasque; eo praesternebant folia farferi.

LYCVS.

Quoi rei?

ANTHEMONIDES.

Ad fundas viscus ne adhaeresceret. 350

LYCVS.

Perge; optumę hercle peieras. Quid postea?

ANTHEMONIDES.

In fundas visci indebant grandiculos globos;
 Eo illos volantes iussi funditarier.

Quid multa verba? quemquem visco obfenderant,
 Tam crebri ad terram accidebant quam pira. 355
 Vt quisque acciderat, eum necabant eloco
 Per cerebrum pinna sua sibi, quasi turturem.

LYCVS.

Si hercle istuc unquam factum est: tum me Iupiter
 Faciat, ut semper sacrificem, nunquam litem.

ANTHEMONIDES.

An mi haec non credis?

LYCVS.

Credo, ut mi aequom est credier. 360
 Age, eamus intro, dum exta referuntur.

ANTHEMONIDES.

Volo

Narrare tibi etiam unam pugnam.

LYCVS.

Nil moror.

ANTHEMONIDES.

Ausculata.

LYCVS.

Non, non hercle!

ANTHEMONIDES.

Iam elidam caput
 Tuom, nisi auscultas aut is in malam crucem!

LYCVS.

Malam crucem ibo potius.

ANTHEMONIDES.

Certumne est tibi? 365

LYCVS.

Certum.

ANTHEMONIDES.

Tum tu igitur die bono, Aphrodisiis,
Meretricem addice tuam mihi minusculam.

LYCVS.

Ita res divina mihi fuit: res serias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem.

ANTHEMONIDES.

Profestos festos habeam decretum est mihi. 370

LYCVS.

Nunc hinc eamus intro. Sequere hac me.

ANTHEMONIDES.

Sequor.

In hunc diem iam tuos sum mercenarius.

AGORASTOCLES. ADVOCATI.

AGORASTOCLES.

Ita me di ament, tardo amico nihil est quidquam
inaequius, t. t. c. III, 1.

Praesertim homini amanti, qui, quidquid agit, pro-
perat omnia:

Sicut ego hos duco advocatos, homines spissigra-
dissumos, 375

Tardiores quam corbitae sunt in tranquillo mari.

Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitavi
senes:

Scibam aetate tardiores: metui meo amori moram.

Nequidquam hos procos mi elegi loripedes, tardis-
sumos.

Quin, si ituri hodie estis, ite aut ite hinc in malam
cruce[m]! 380

Siccine oportet ire amicos homini amanti operam
datum?

Nam iste quidem gradus subcretust cribro pollinario,
Nisi cum pedicis condidicistis istoc grassari gradu.

ADVOCATI.

Heus tu, quamquam nos videmur tibi plebeii et
pauperes,

Si nec recte dicis nobis, dives de summo loco: 385

Divitem audacter solemus mactare infortunio;

Nec tibi nos obnoxii istuc, quod tu ames aut oderis,

Quom pro capite argentum dedimus, nostrum dedi-
mus, non tuom:

Liberos nos esse oportet. Nos te nihili pendimus:

Ne tu nos amoris servos tuo esse addictos censeas. 390

Liberos homines per urbem modico mage par est
gradu

Ire; servile esse duco festinantem currere.

Praesertim in re populi placida atque interfectis ho-
stibus

Non decet tumultuari. Sed si properabas magis:

Pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit. 395

Ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrum cur-
ret per vias,

Neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus.

AGORASTOCLES.

At si ad prandium me in aedem vos dixissem ducere:

Vinceretis cervom cursu vel clavatorem gradu.

Nunc vos quia mihi advocatos dixi et testis du-
cere: 400

Podragrosi estis ac vicistis cochleam tarditudine.

ADVOCATI.

An vero non iusta causa est, quo curratur celeriter,
Vbi bibas, edas de alieno, quantum velis, usque ad-
fatim,

Quod tu invitus nunquam reddas domino, de quid
ederis?

Sed tam quomodocunque, inquam, quamquam su-
mus pauperculi, 405

Est domi, quod edimus: ne nos tam contemtim
conteras.

Quidquid est pauxillulum illuc: nostrum id omned
intus est,

Neque nos quemquam flagitamus neque nos quis-
quam flagitat.

Tua causa nemo nostrorum est suos rupturus ramices.

AGORASTOCLES.

Nimis iracundi estis: equidem haec vobis dixi per
iocum. 410

ADVOCATI.

Per iocum itidem dictum habeto, quae nos tibi re-
spondimus.

AGORASTOCLES.

Obsecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne
corbitam date!

Adtrepidate saltem: nam vos adproperare haud po-
stulo.

ADVOCATI.

Si quid tu placide otioseque agere vis: operam da-
mus;

Si properas: cursores meliust te advocatos du-
cere. 415

AGORASTOCLES.

Scitis (rem narravi vobis), quod vostra opera mi
opus siet

De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu:
Ei paratae ut sint insidiae de auro et de servo meo.

ADVOCATI.

Omnia istaec scimus iam nos, si hi spectatores sciant.
Horunc hic nunc causa haec agitur spectatorum fa-
bula: 420

Hos te satius est docere: ut, quando agas, quid agas,
sciant;

Nos tu ne curassis: scimus rem omnem: quippe
omnes simul

Didicimus tecum una: ut respondere possimus tibi.

AGORASTOCLES.

Ita profecto est; sed agite igitur, ut sciam vos sci-
re, rem

Expedite et mihi, quae vobis dudum dixi, dicite. 425

ADVOCATI.

Itane tentas, an sciamus? non meminisse nos ratus,
Quomodo trecentos Philippos Collybisco villico
Dederis, quos deferret huc ad lenonem, inimicum
tuom,

Isque se ut adsimularet peregrinum aliunde ex alio
oppido?

Is ubi tetulerit: tu eo servom quaesitum advenies
tuom 430

Cum pecunia.

AGORASTOCLES.

Meministis memoriter: servastis me.

ADVOCATI.

Ille negabit: Milphionem quaeri censebit tuom.

Id duplicabit homini furtum: leno addicetur tibi.

Ad eam rem nos esse testis vis tibi.

AGORASTOCLES.

Tenetis rem.

ADVOCATI.

Vix quidem hercle (ita pauxilla est) digitulis primo-
ribus. 435

AGORASTOCLES.

Hoc cito et cursim est agendum. Propera iam,
quantum potest!

ADVOCATI.

Bene vale igitur. Te advocatos melius celeris ducere:
Tardi sumus nos.

AGORASTOCLES.

Optume itis; pessume hercle dicitis.

Quin etiam deciderint vobis femina in talos velim.

ADVOCATI.

At edepol tibi nos in lumbos linguam atque ocu-
los in solum. 440

AGORASTOCLES.

Heia, haud vostrum est, iracundos esse, quod dixi
ioco.

ADVOCATI.

Nec tuom quidem est, amicis per iocum iniuste
loqui.

AGORASTOCLES.

Mittite istaec. Quid velim vos, scitis.

ADVOCATI.

Callemus probe:

Lenonem ut periurum perdas, id studes.

AGORASTOCLES.

Tenetis rem.

Ecce opportune egrediuntur Milphio una et villi-
cus. 445
Basilice exornatus cedit et fabre ad fallaciam.

MILPHIO. COLLYBISCVS. AGO-
RASTOCLES. ADVOCATI.

MILPHIO.

Iam tenes praecepta in corde?

COLLYBISCVS.

Pulcre.

MILPHIO.

Vide, sis, calleas.

t. t. c. III, 2.

COLLYBISCVS.

Quid opust verbis? callum aprugnum callere aequè
non sinam.

MILPHIO.

Fac modo, ut conducta tibi sint dicta ad hanc fal-
laciam.

COLLYBISCVS.

Quin edepol conductior sum, quam Tragoedi aut
Comici. 450

MILPHIO.

Probus homo es.

AGORASTOCLES.

Adeamus propius. — Adsunt testes.

MILPHIO.

Tot quidem

Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem
idoneos:

Nam istorum nullus nefastus; comitiales sunt meri;
Ibi habitant; ibi eos conspicias, quam praetorem,
saepius.

Hodie iuris coctiores non sunt, qui litis creent, 455
Quam sunt hinc, qui, si nihil est litium, litis emunt.

ADVOCATI.

Di te perdant!

MILPHIO.

Vos quidem hercle!

ADVOCATI.

Quomodo?

MILPHIO.

Quin, quique, tamen
Et bene et benigne facitis, quom hero amanti ope-
ram datis.

Sed isti iam sciunt, negoti quid sit?

AGORASTOCLES.

Omnem rem ordine. i. t.

MILPHIO.

Tum vos animum advortite igitur. Hunc vos leno-
nem Lycum t. t. c. 460

Novistis?

ADVOCATI.

Facile.

COLLYBISCVS.

At ego pol eum, qua sit facie, nescio:
Enim volo mihi demonstratis hominem.

ADVOCATI.

Nos curabimus.

Satis praeceptum.

AGORASTOCLES.

Hic trécentos numos numeratos habet.

ADVOCATI.

Ergo nos inspicere oportet istuc aurum, Agorastocles:
Vt sciamus, quid dicamus mox pro testimonio. 465

AGORASTOCLES.

Agite, inspicite.

COLLYBISCVS.

Aurum est profecto, spectatores, Comicum:
Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves;
Verum ad hanc rem agundam Philippum est.

ADVOCATI.

Ita nos adsimulabimus.

COLLYBISCVS.

Sed ita adsimulatote, quasi ego sim peregrinus.

ADVOCATI.

Scilicet;

Et quidem, quasi tu nobiscum adueniens hodie ora-
veris, 470

Liberum ut conmonstrarem tibi locum et volu-
ptarium,

Vbi ames, potes, pergraecere.

MILPHIO.

Heu edepol mortalis malos!

AGORASTOCLES.

Ego enim docui.

MILPHIO.

Quis te porro?

COLLYBISCVS.

Agite, intro abite, Agorastocles:

Ne hic vos mecum conspicetur leno, neu fallaciae
Praepedimentum obiciatur.

MILPHIO.

Hic homo sapienter sapit: 475

Facite, quod iubet.

AGORASTOCLES.

Abeamus. Sed vos, satis dictum est?

COLLYBISCVS.

Abi.

AGORASTOCLES.

Abeo. Quaeso

COLLYBISCVS.

Di immortales, quin abis?

AGORASTOCLES.

Abeo.

COLLYBISCVS.

Sapis.

Sed tace.

ADVOCATI.

Quid est?

COLLYBISCVS.

Fores hae fecerunt magnum flagitium modo. i. t.

ADVOCATI.

Quid id est flagiti?

COLLYBISCVS.

Crepuerunt clare.

ADVOCATI.

Di te perduint! t. t. c.

Pone nos recede.

COLLYBISCVS.

Fiat.

ADVOCATI.

Nos priores ibimus.

480

COL-

COLLYBISCVS.

Faciunt, scurrae quod consuerunt: pone sese ho-
mines locant.

AGORASTOCLES.

Illic homo est, qui egreditur, leno.

COLLYBISCVS.

Bonus est: nam similis malo est.
Iam ego nunc illi egredienti sanguinem exsugam procul.

LYCVS. ADVOCATI. COLLYBISCVS.

LYCVS.

Iam ego istuc revortar, miles: convivas volo i. s. III, 3.
Reperire nobis commodos, qui una sient. 485
Interibi attulerint exta atque eadem mulieres
Iam ab re divina, credo, adparebunt domi.
Sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquid-
nam adferunt?

Et illic chlamydatas quisnam est, qui sequitur procul?

ADVOCATI.

Aetoli cives te salutamus, Lyce, 490
Quamquam salutem ferimus inviti tibi.

LYCVS.

Fortunati omnes sitis, quod certe scio
Nec fore nec Fortunam id situram fieri.

ADVOCATI.

Istic est thesaurus stultis in lingua situs,
Vt quaestui habeant male loqui melioribus. 495

LYCVS.

Viam qui nescit, qua deveniat ad mare,

Eum oportet annem quaerere comitem sibi;
 Ego male loquendi vobis nescivi viam:
 Nunc vos mihi amnes estis: vos certum est sequi.
 Si benedicetis: vostra vos ripa sequar; 500
 Si maledicetis: vostro gradiar limite.

ADVOCATI.

Malo benefacere tantumdém est periculum,
 Quantum bono malefacere.

LYCVS.

Qui vero?

ADVOCATI.

Scies.

Malo si quid benefacias: beneficium interit;
 Bono si quid malefacias: aetatem expetit. 505

LYCVS.

Facete dictum! Sed quid istuc ad me attinet?

ADVOCATI.

Quia nos honoris causa huc ad te venimus,
 Quamquam bene volumus leniter lenonibus.

LYCVS.

Si quid boni adportatis: habeo gratiam.

ADVOCATI.

Bonum de nostro tibi nec ferimus nec damus 510
 Neque pollicemur neque adeo volumus datum.

LYCVS.

Credo hercle vobis: ita vostra est benignitas.
 Sed quid nunc voltis?

ADVOCATI.

Hunc chlamydatum quem vides,

Ei Mars iratust.

COLLYBISCVS.

Capiti vostro istuc quidem!

ADVOCATI.

Hunc nunc, Lyce, ad te diripiendum adducimus. 515

COLLYBISCVS.

Cum praeda hic hodie incedet venator domum:
Canes compellunt in plagas lepide Lycum.

LYCVS.

Quis hic est?

ADVOCATI.

Nescimus nos istunc quidem, qui siet;
Nisi dudum a mane ad portum uti processimus:
Atque istunc e navi exeuntem oneraria 520
Videmus. Adiit ad nos extemplo exiens,
Salutat; respondemus.

COLLYBISCVS.

Mortalis malos!

Vt ingrediuntur docte in sycophantiam!

LYCVS.

Quid deinde?

ADVOCATI.

Sermonem ibi nobiscum copulat:
Ait, se peregrinum esse, huius ignarum oppidi; 525
Locum sibi velle liberum praeberier,
Vbi nequam faciat. Nos hominem ad te adduximus.
Tu, si te di amant, agere tuam rem occasio est.

LYCVS.

Itane ille est cupiens?

ADVOCATI.

Aurum habet.

LYCVS.

Praeda haec mea est!

ADVOCATI.

Potare, amare, volt.

LYCVS.

Locum lepidum dabo. 530

ADVOCATI.

At enim hic clam, furtim, esse volt: ne qui sciant
Neve arbiter sit: nam hic latro in Sparta fuit,
Vt quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum;
Inde nunc aufugit, quoniam capitur oppidum.

COLLYBISCVS.

Nimis lepide de latrone, de Sparta optume! 535

LYCVS.

Di deaeque vobis multa bona dent, quom mihi
Et bene praecipitis et bonam praedam datis!

ADVOCATI.

Imo, ipse ut nobis dixit, quo adures magis,
Trecentos numos Philippos portat praesidi.

LYCVS.

Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem ad-
lexero! 540

ADVOCATI.

Quin hic quidem tuos est.

LYCVS.

Obsecro hercle, hortamini,
Vt devortatur ad me in hospitium optimum.

ADVOCATI.

Neque nos hortari neque dehortari decet
Hominem peregrinum: tuam rem tu ages, si sapis.
Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus: 545
Nunc te illum melius capere, si captum esse vis.

LYCVS.

Iamne itis?

COLLYBISCVS.

Quid, quod vobis mandavi, hospites?

ADVOCATI.

Cum illoc te melius rem tuam, adulescens, loqui:
Illic est ad istas res probus, quas quaeritas.

COLLYBISCVS.

Videre equidem vos vellem, quom huic aurum da-
rem. 550

ADVOCATI.

Illinc procul nos istuc inspectabimus.

COLLYBISCVS.

Bonam dedistis operam mihi.

LYCVS.

It ad me lucrum.

COLLYBISCVS.

Illuc quidem, quorsum asinus caedit calcibus.

LYCVS.

Blande compellabo hominem. — Hospes hospitem
Salutat. Salvom te advenire gaudeo. 555

COLLYBISCVS.

Multa tibi di dent bona, quom me salvom esse vis.

LYCVS.

Hospitium te aiunt quaeritare.

COLLYBISCVS.

Quaerito.

LYCVS.

Ita illi dixerunt, qui hinc a me abierunt modo,
Te quaeritare a muscis.

COLLYBISCVS.

Minume gentium.

LYCVS.

Quid ita?

COLLYBISCVS.

Quia, a muscis si mi hospitium quaererem 560

Adveniens, irem in carcerem recta via.
Ego id quaero hospitium, ubi ego curer mollius,
Quam regi Antiochod Oculi curari solent.

LYCVS.

Edepol nae tibi possum illum festivom dare,
Siquidem pati potes esse in lepido loco, 565
In lecto lepide strato lepidam mulierem
Complexum contractared

COLLYBISCVS.

Is, leno, viam.

LYCVS.

Vbi tu Leucadio, Coo, Thasio, Lesbio,
Vetustate vino edentulo aetatem inriges.
Ibi te replebo usque unguentum echeumatis. 570
Quid multa verba? Faciam, ubi tu laveris,
Ibi balneator faciat unguentariam.
Sed haec latrocinantur, quae ego dixi, omnia,

COLLYBISCVS.

Quid ita?

LYCVS.

Quia aurum poscunt praesentarium.

COLLYBISCVS.

Quin hercle accipere tu non mavis, quam ego dare. 575

ADVOCATI.

Quid, si evocemus huc foras Agorastoclem:
Vt ipse testis sit sibi certissimus? —
Heus tu, qui furem captas, egredere ocius:
Vt tute inspectes aurum lenomi dare,

AGORASTOCLES. ADVOCATI.
COLLYBISCVS. LYCVS.

AGORASTOCLES.

Quid est? quid voltis, testes?

ADVOCATI.

Specta ad dexteram. i. s. III, 4. 580

Tuos servos aurum ipsi lenoni datat.

COLLYBISCVS.

Age, accipe hoc, sis. Hic sunt numerati aurei
Trecenti numi, qui vocantur Philippei.

Hinc me procura. Propere hosce absumi volo.

LYCVS.

Edepol fecisti prodigum promum tibi.

585

Age, eamus intro.

COLLYBISCVS.

Te sequor.

LYCVS.

Age, age, ambula;

Ibi, quae reliquã, alia fabulabimur.

COLLYBISCVS.

Eadem narrabo tibi res Spartiaticas.

LYCVS.

Quin sequere me ergo.

COLLYBISCVS.

Abduc intro: addictum tenes.

AGORASTOCLES.

Quid nunc mi auctores estis?

ADVOCATI.

Vt frugi sies.

590

AGORASTOCLES.

Quid, si animus esse non sinit?

ADVOCATI.

Esto, ut sinit.

AGORASTOCLES.

Vidistis, leno quom aurum accepit?

ADVOCATI.

Vidimus.

AGORASTOCLES.

Eum vos meum esse servom scitis?

ADVOCATI.

Scivimus.

AGORASTOCLES.

Rem advorsus populi semper leges?

ADVOCATI.

Scivimus.

AGORASTOCLES.

Hem, istaec volo ergo vos commeminisse omnia 595
 Mox, quom ad praetorem usus veniet.

ADVOCATI.

Meminimus.

AGORASTOCLES.

Quid, si recenti re aedis pultem?

ADVOCATI.

Censeo.

AGORASTOCLES.

Si pultem, non recludet.

ADVOCATI.

Panem frangito.

AGORASTOCLES.

Si exierit leno: censen' hominem interrogem,
 Meus servos si ad eum venit, necne

ADVOCATI.

Quippini? 600

AGORASTOCLES.

Cum auri ducentis numis Philippis?

ADVOCATI.

Quippini?

AGORASTOCLES.

Ibi extemplo leno errabit.

ADVOCATI.

Qua de re?

AGORASTOCLES.

Rogas?

Quia centum numis minus dicetur.

ADVOCATI.

Bene putas.

AGORASTOCLES.

Alium censebit quaeritari.

ADVOCATI.

Scilicet.

AGORASTOCLES.

Extemplo denegabit.

ADVOCATI.

Iuratus quidem.

605

AGORASTOCLES.

Homo furti sese adstringet

ADVOCATI.

Haud dubium id quidem.

AGORASTOCLES.

Quantumquantum ad eum erit delatum.

ADVOCATI.

Quippini?

AGORASTOCLES.

Diespiter vos perduit!

ADVOCATI.

Te. Quippini?

AGORASTOCLES.

Ibo et pultabo ianuam hanc.

ADVOCATI.

Ita. Quippini?

AGORASTOCLES.

Tacendi tempus est: nam crepuerunt fores. 610

Foras egredier video lenonem Lycum.

Adeste, quaeso!

ADVOCATI.

Quippini? Sed, si voles,

Operire capita: ne nos leno noverit,

Qui illi malae re tantae fuimus indices.

LYCVS. AGORASTOCLES. ADVOCATI.

LYCVS.

Suspendant omnes nunc iam se haruspices! i. s.

III, 5. 615

Quid ego illis posthac, quod loquantur, creduam,

Qui in re divina dudum dicebant mihi

Malum damnumque maxumum portendier?

Is explicavi meam rem postilla lucro.

AGORASTOCLES.

Salvos sis, leno.

LYCVS.

Di te ament, Agorastocles. 620

AGORASTOCLES.

Magis me benigne nunc salutas, quam antidhac.

LYCVS.

Tranquillitas evenit, quasi navi in mari.
Vtcunque est ventus, exin velum vortitur.

AGORASTOCLES.

Valeant apud te, quos volo, atque haud te volo.

LYCVS.

Valent, ut postulatum est; verum non tibi. 625

AGORASTOCLES.

Mitte ad me, si audes, hodie Adelphasium tuam
Die festo celebri nobilique, Aphrodisiis.

LYCVS.

Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi.

AGORASTOCLES.

Quid iam?

LYCVS.

Quia os nunc frigefactas, quom rogas.

AGORASTOCLES.

Hoc age, sis, leno: servom esse audiui meum 630
Apud te.

LYCVS.

Apud me? Nunquam factum reperies.

AGORASTOCLES.

Mentire: nam ad te venit aurumque attulit.
Ita mihi renuntiatum est, quibus credo satis.

LYCVS.

Malus es: captatum me advenis cum testibus.
Tuorum apud me nemo est nec quidquam tui, 635

AGORASTOCLES.

Mementote illuc, Advocati.

ADVOCATI.

Meminimus.

LYCVS.

Ha ha he, iam teneo, quid sit; perspexi modo.
 Hi, qui illunc dudum conciliaverunt mihi
 Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur,
 Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri: 640
 Nunc hunc inimicum quia esse sciverunt mihi,
 Eum adlegarunt, suom qui servom diceret
 Cum auro esse apud me. Conposita est fallacia:
 Vt eo me privent atque inter se dividant.
 Lupo agnum eripere postulant. Nugas agunt. 645

AGORASTOCLES.

Negasne, apud te esse aurum nec servom meum?

LYCVS.

Nego et negando, si quid refert, ravio.

ADVOCATI.

Peristi, leno: nam iste est huius villicus,
 Quem tibi nos esse Spartiatem diximus,
 Qui ad te trecentos modo Philippos detulit; 650
 Idque adeo in istoc aurum inest marsupio.

LYCVS.

Vae vostrae aetatid!

ADVOCATI.

Id quidem in mundo est tuae.

AGORASTOCLES.

Age, omitte actutum, furcifer, marsupium!
 Manifesto fur es mihi. — Quaeso hercle, operam
 date,

Dum me videatis servom ab hoc abducere. 655

LYCVS.

Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario!
 Consulto hoc factum est: mihi ut insidiae fierent.
 Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,

Priusquam obtorto collo ad praetorem trahor?
 Eheu! quamde ego habui hariolos haruspices, 660
 Qui si quid bene promittunt, pro spisso evenit;
 Id quod mali promittunt, praesentarium est.
 Nunc ibo: amicos consulam, quo me modo —
 Suspendere aequom censeant potissimum.

AGORASTOCLES. COLLYBISCVS.
 ADVOCATI.

AGORASTOCLES.

Age tu, progredire: ut testes videant te ire istinc
 foras. t. t. c. III, 6. 665

Estne servos hic meus?

COLLYBISCVS.

Sum mehercle vero, Agorastocles.

AGORASTOCLES.

Quid nunc, sceleste leno?

ADVOCATI.

Quicum litigas, i. s.

Abscessit.

AGORASTOCLES.

Vtinam hinc abierit malam crucem!

ADVOCATI.

Ita nos velle aequom est.

AGORASTOCLES.

Cras subscribam homini dicam.

COLLYBISCVS.

Numquid me ?

AGORASTOCLES.

Abscedas; sumas ornatum tuom. 670

COLLYBISCVS.

Non sum nequidquam miles factus: paululum
Praedae intus feci, dum lenonis familia
Dormitat: extis sum satur factus probe.
Abscedam hinc intro.

AGORASTOCLES.

Factum a vobis comiter.

Bonam dedistis, Advocati, operam mihi. 675
Cras mane, quaeso, in comitio estote obviam.
Tu sequere me intro. Vos valete.

ADVOCATI.

Et tu vale.

Iniuriam illic insignite postulat:
Nostro servire nos sibi censet cibo.
Verum ita sunt omnes isti nostri divites: 680
Si quid bene facias, levior pluma est gratia;
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.
Domos abeamus nostras, sultis, nunc iam:
Quando id, quoi re operam dedimus, inpetravimus,
Vt perderemus corruptorem civium. 685

MILPHIO.

Expecto, quo pacto meae technae processurae sient.
i. t. IV, 1.
Studeo hunc lenonem perdere: vel meum herum
miserum macerat;
Is me autem porro verberat, incursat pugnibus, cal-
cibus.

Servire amanti miseria est, praesertim qui, quod
amat, caret.

Attat, e fano recipere video se Syncerastum, i. t. c.

690

Lenonis servom. Quid habeat sermonis, auscultabo.

S Y N C E R A S T V S. M I L P H I O.

S Y N C E R A S T V S.

Satis spectatum est, deos atque homines eius ne-
glegere gratiam, t. t. c. IV, 2.

Quoi homini est herus consimilis, velut ego habeo
hunc huiusmodi.

Neque periurior neque peior alter usquam est gen-
tium,

Quam herus meus est, neque tam luteus neque tam
coeno conlitus. 695

Ita me di ament, vel in lautumiis, vel in pistrino
mavelim aeta- t. t.

tem agere, praepeditus latera forti ferro, quamde
apud

Hunc lenonem servitutum colere. Quod illuc est
genus! t. t. c.

Quae illic hominum conruptelae fiunt! Di, vostram
fidem,

Quodvis genus ibi hominum videas, quasi Acherun-
tem veneris, 700

Equitem, peditem, libertinum, furem an fugitivom
velis,

Verberatum, vinctum, addictum. Qui habet, quod
det, utu t homo est,

Omnia genera recipiuntur: itaque in totis aedibus
Tenebrae, latebrae; bibitur, estur, quasi in popina,
haud secus.

Ibi tu videas literatas fictilis epistolas, 705
Pice signatas; nomina insunt cubitum longis literis:
Ita vinariorum habemus nostrae delectum domi.

MILPHIO.

Omnia edepol mira sunt, nisi herus hunc heredem
facit:

Nam is quidem illi, uti meditatur, verba facit ecmortuo.
Et adire lubet hominem et autem nimis eum au-
sculto lubens. 710

SYNCERASTVS.

Haec quom hic video fieri, crucior: pretiis emtos
maxumis

Apud nos expeculiatos servos fieri suis heris.
Sed ad postremum nihil adparet: male partum ma-
le disperit.

MILPHIO.

Proinde orationem habet, quasi ipse sit frugi bonae,
Qui ipsus hercle ignaviorem potis est facere igna-
viam. 715

SYNCERASTVS.

Nunc domum haec ab aede Veneris refero vasa,
ubi hostiis

Herus nequivit propitiare venerem suo festo die.

MILPHIO.

Lepidam Venerem!

SYNCERASTVS.

Nam meretrices nostrae primis hostiis
Venerem placavere extemplo.

MIL-

SYNCERASTVS.

Nam meretrices nostrae primis hostiis
Venerem placavere extemplo.

MILPHIO.

O lepidam Venerem denuo! 720

SYNCERASTVS.

Nunc domum ibo.

MILPHIO.

Heus, Synceraste!

SYNCERASTVS.

Syncerastum qui vocat?

MILPHIO.

Tuos amicus.

SYNCERASTVS.

Haud amice facis, qui cum onere obfers
moram.

MILPHIO.

At ob hanc rem tibi reddam operam, ubi voles, ubi
iusseris.

Habe rem pactam.

SYNCERASTVS.

Si futurum est, do tibi operam hanc.

MILPHIO.

Quo modo?

SYNCERASTVS.

Vt enim, ubi mihi vapulandum est, tute corium
subferas.

MILPHIO.

Apage.

SYNCERASTVS.

Nescio, quid viri sis.

III.

[5]

MILPHIO.

Malus sum.

SYNCERASTVS.

Tibi sis.

MILPHIO.

Te volo.

SYNCERASTVS.

At onus urget.

MILPHIO.

At tu adpone et respice ad me.

SYNCERASTVS.

Fecero,

Quamquam haud otium est.

MILPHIO.

Salvos sis, Synceraste.

SYNCERASTVS.

O Milphio,

Di omnes deaeque ament

MILPHIO.

Quemnam hominem?

SYNCERASTVS.

Nec te nec me, Milphio,

Neque herum meum adeo.

MILPHIO.

Quem ament igitur, Synceraste?

SYNCERASTVS.

Alium quidem: 730

Nam nostrorum nemo dignust.

MILPHIO.

Lepide loquere.

SYNCERASTVS.

Me decet.

MILPHIO.

Quid agis?

SYNCERASTVS.

Facio, quod manifesto moechi hic haud
ferme solent.

MILPHIO.

Quid id est?

SYNCERASTVS.

Refero vasa salva.

MILPHIO.

Di te et tuom herum perduint!

SYNCERASTVS.

Me non perdent; illum ut perdant, facere possim,
si velim,

Meum herum ut perdant, ni mihi metuam, Milphio.

MILPHIO.

Quid id est? cedo. 735

SYNCERASTVS.

Malus es?

MILPHIO.

Malus sum.

SYNCERASTVS.

Male mihi est.

MILPHIO.

Memoradum: esse aliter decet.

Quid id est, quod male sit, quoi domi sit, quod
edis, quod ames, adfatim?

Neque triobolum ullum amicae das, sed ductas gratiis.

SYNCERASTVS.

Diespiter me sic amabit

MILPHIO.

Vt quidem edepol dignus es.

SYNCERASTVS.

Vt ego hanc familiam interire cupio!

MILPHIO.

Adde operam, si cupis. 740

SYNCERASTVS.

Sine pennis volare haud facile est: meae alae pen-
nas non habent.

MILPHIO.

Nolito edepol devellisse: iam his duobus mensibus
Volucres alae tibi erunt hircinae.

SYNCERASTVS.

I in malam rem!

MILPHIO.

I tu atque herus!

SYNCERASTVS.

Verum enim qui bene eum novit, cito homo per-
vorti potest.

MILPHIO.

Quid iam?

SYNCERASTVS.

Quasi tu tacere quidquam potis sis.

MILPHIO.

Rectius 745

Tacitas tibi res sistam, quam, quod dictum est mu-
tae mulieri.

SYNCERASTVS.

Animum inducam facile, ut credam istuc tibi, ni te
noverim.

MILPHIO.

Crede audacter meo periclo.

SYNCERASTVS.

Male credam et credam tamen.

MILPHIO.

Scin' tu, herum tuom meo hero esse inimicum ca-
pitalem

SYNCERASTVS.

Scio.

MILPHIO.

Propter amorem?

SYNCERASTVS.

Omnem operam perdis.

MILPHIO.

Quid iam?

SYNCERASTVS.

Quia doctum doces. 750

MILPHIO.

Quid ergo dubitas, quin lubenter tuo hero meus,
quod possiet i. t.
Facere, faciat male, eius merito? Tum autem, si
quid tu adiuvas,

Eo facilius facere poterit.

SYNCERASTVS.

At ego hoc metuo, Milphio

MILPHIO.

Quid est, quod metuas?

SYNCERASTVS.

Dum hero insidias paritem, ne ante perduar.
Si herus meus med esse locutum quoiquam mortali
sciat: t. t. c. 755
Continuo is me ex Syncerasto Crurifragium fece-
rit.

MILPHIO.

Nunquam edepol mortalis quisquam fiet e me cer-
tior,

Nisi hero uni meo indicasso; atque ei quoque, ut
ne enuntiet,

Esse id facinus ex ted ortum.

SYNCERASTVS.

Male credam et credam tamen.

Sed tu tecum hoc tacitum habeto.

MILPHIO.

Fide non melius creditur. 760

Loquere (locus occasioque est) libere: hic soli su-
mus.

SYNCERASTVS.

Herus si tuos volet facere frugi: meum herum perdet.

MILPHIO.

Qui id potest?

SYNCERASTVS.

Facile.

MILPHIO.

Fac ergo id facile noscam: ut ille poscit noscere.

SYNCERASTVS.

Quia Adelphasium, quam herus deamat tuos, in-
genua est.

MILPHIO.

Quo modo?

SYNCERASTVS.

Eodem, quo soror illius altera Anterastylis. 765

MILPHIO.

Sed qui id credam?

SYNCERASTVS.

Quia illas emit in Anactorio parvolas

De praedone Siculo.

MILPHIO.

Quanti?

SYNCERASTVS.

Duodeviginti minis.

MILPHIO.

Duas illasne, Synceraste?

SYNCERASTVS.

Et nutricem earum tertiam,

Et illic, qui eas vendebat, dixit, se furtivas vendere:
Ingenuas Carthagine aibat esse.

MILPHIO.

Di, vostram fidem, 770

Nimum lepidum memoras facinus: nam herus meus

Agorastocles

Ibidem gnatus; inde subreptus fere sexennis; postibi,
Qui eum subripuit, huc devexit meoque hero hic
eum vendidit;

Is in divitias homo adoptavit hunc, diem quom ob-
iit suum. i. t.

SYNCERASTVS.

Omnia memoras, quo id facilius fiat: manu eas ad-
serat, i. t. c. 775

Suas popularis, liberali causa.

MILPHIO.

Tacitus tace modo.

SYNCERASTVS.

Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxe-
rit. i. t.

MILPHIO.

Quin prius disperibit faxo, quam unam calcem ci-
verit: t. t. c.

Ita paratum est.

SYNCERASTVS.

Ita di faxint, ne apud lenonem hunc serviam!

MILPHIO.

Quin meus hercle conlibertus faxo eris, si di volent.

780

SYNCERASTVS.

Ita di faxint! Numquid aliud me morare, Milphio?

MILPHIO.

Valeas beneque ut tibi sit.

SYNCERASTVS.

Istuc pol tibi et hero est in manu.

Vale et haec cura clanculum ut sint dicta.

MILPHIO.

Non dictum est. Vale.

SYNCERASTVS.

At enim nihil est, nisi, dum calet, hoc agitur.

MILPHIO.

Lepidus, quom mones,

Et ita hoc fiet.

SYNCERASTVS.

Proba materiest data, si probum adhi-
bes fabrum 785

MILPHIO.

Potin', ut taceas?

SYNCERASTVS.

Taceo atque abeo.

MILPHIO.

Mihi commoditatem creas.

Ille hinc abiit. Di immortales meum herum serva-
tum volunt

Et disperditum hunc lenonem: tantum eum instat
exiti.

Satine, priusquam unum est iniectum telum, iam in-
stat alterum?

Ibo intro: haec ut meo hero memorem: nam huc
 si ante aedis evocem, 790

Quaeque audivistis modo, nunc eadem hic iterem,
 inscitia est.

Vni potius intus ero odio, quam hic sim vobis
 omnibus.

Di immortales, quanta, quanta, quanta advenit
 calamitas

Hodie ad hunc lenonem! Sed ego nunc est, quom
 memet moror.

Id negotium institutum est: non datur cessatio: 795

Nam et hoc docte consulendum, quod modo con-
 creditum est,

Et illud autem inserviendum consilium est verna-
 culum. i. t.

Remora si sit: qui malam rem mihi det, merito fe-
 cerit. i. t. c.

Nunc intro ibo; dum herus adveniat a foro, oppe-
 riar domi.

H A N N O.

Yth elonim velonoth siccorathi, isemecon soth, V, 1.

800

Chi mlachai jithamu maslyah midabariim ischi,

H A N N O.

Memor ero deorum dearumque, urbem hanc tu-
 tantium, 800

Si negotia mea conficiuntur ex eorum edictis,

Hoi chsi, lec po! anasse athar mas, conu elonim de-
beru tefelo na beth imi.

Col tam com ucro, lu anu et eni meab hoso ubere
ben haac bagorastocles.

Hatte leanech oni soth, eli iacli, cosalim dubar ter-
micom: psu spatai.

Ha od aanec lictor bedes assam limno mkilus! 815

[Deos deasque veneror, qui hanc urbem colunt, i. s.

Vt, quod de mea re huc veni, rite venerim,

Measque hic ut gnatas et mei fratris filium

Reperire me siritis, di, vostram fidem!

Quae mihi subreptae sunt et fratris filius.

Sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit.

Eum fecisse aiunt, sibi quod faciundum fuit.

Fius filium esse hic praedicant Agorastoclem.

Deum hospitem hanc tesseram mecum fero.

In hisce habitare monstratust regionibus.

Hos percontabor, qui huc egrediuntur foras.]

O Spes, huc venias! Haud invitus ego perferam mo-
lestias, modo vos, dii, negotium meum ad-
iuvetis curetisque, id quod precor, ma-
ternalem domum.

Quisque probus exsurgat et precetur: Vtinam dii ex-
audiant lamentationem patris innocentiae,
dignoscantque nepotem ope Agorastoclis.

Inclinamini ad querelam miseriae huius, dii mei
auxilii, cumulantes beneficium vestrum!

Tunc a lamentando abstinebunt labra mea.

Euge, larga tunc afferam sacrificia de frumento hor-
rei in laudem! 815

AGORASTOCLES. MILPHIO. HANNO.

AGORASTOCLES.

Ain' tu, tibi dixi Syncerastum, Milphio, i. s. V, 2.
Has esse ingenuas ambas subreptitias
Carthaginiensis?

MILPHIO.

Aio et, si frugi esse vis,
Eas liberali iam adseres causa manu.
Nam tuom flagitium est, tuas te popularis pati 820
Servire ante oculos, domi quae fuerint liberae.

HANNO.

Proh di immortales, obsecro vostram fidem,
Quam orationem hanc aures dulcem devorant?
Creta profecto est horunc hominum oratio,
Vt mi absterserunt omnem sorditudinem! 825

AGORASTOCLES.

Si ad eam rem testis habeam: faciam, quod iu-
bes.

MILPHIO.

Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter?
Aliqua Fortuna fuerit adiutrix tibi.

AGORASTOCLES.

Incipere multo est, quam inpetrare, facilius.

MILPHIO.

Sed quaenam illa avis est, quae huc cum tunicis
advenit? 830

Numnam a balineis, circumductus pallio?

AGORASTOCLES.

Facies quidem edepol Punica est. Gugga est
homo.

MILPHIO.

Servos quidem edepol veteres antiquosque habet.

AGORASTOCLES.

Qui scis?

MILPHIO.

Viden' homines sarcinatos consequi?
Atque digitos, ut opino, in manibus non habent. 835

AGORASTOCLES.

Quid iam?

MILPHIO.

Quia incedunt cum anulatis auribus.
Adibo ad hosce atque adpellabo Punice.
Si respondebunt: Punice pergam loqui;
Si non: tum ad horum mores linguam vortero.
Quid ais tu? ecquid adhuc commeministi Punice? 840

AGORASTOCLES.

Nil edepol: nam qui scire potui (dic mihi),
Qui illum sexennis perierim Carthagine?

HANNO.

Proh di immortales, plurimid ad hunc modum
Periere pueri liberi Carthagine!

MILPHIO.

Quid ais tu?

AGORASTOCLES.

Quid vis?

MILPHIO.

Vin' adpellem hunc Punice? 845

AGORASTOCLES.

An tu scis?

MILPHIO.

Nullus me hodie est Poenus Poenior.

AGORASTOCLES.

Adi atque adpella, quid velit, quid venerit,
Qui sit, quoiatis, unde sit. Ne parseris.

MILPHIO.

Avo. Quoiates estis aut quo ex oppido?

HANNO.

Hanno muthim balle. Bechaedreanech. 850

AGORASTOCLES.

Quid ait?

MILPHIO.

Hannonem sese ait Carthagine,
Carthaginiensem, Muthumballis filium.

HANNO.

Avo

MILPHIO.

Salutat.

HANNO.

Donni.

MILPHIO.

Doni volt tibi

Dare hic nescio quid. Audin' pollicerier?

AGORASTOCLES.

Saluta hunc rursus Punice verbis meis. 855

MILPHIO.

Salvete. 849

HANNO.

Sitis gratiosi, viri domini mei. In intimo meo est
angor. 850

Salve — Domine mi. 853

MILPHIO.

Avo donni hicce item inquit tibi verbis suis.

HANNO.

Me bar bocca!

MILPHIO.

Istuc tibi sit potius, quam mihi!

AGORASTOCLES.

Quid ait?

MILPHIO.

Miseram esse praedicat buccam sibi.

Fortasse medicos nos esse arbitrarier.

AGORASTOCLES.

Si ita est, nega esse: nolo ego errare hospitem. 860

MILPHIO.

Audi tu. Rufen nuco istam.

AGORASTOCLES.

Sic volo

Profecto vera cuncta huic expedirier.

Roga, numquid opus sit?

MILPHIO.

Tu, qui zonam non habes,

Quid in hanc venistis urbem aut quid quaeritis?

MILPHIO.

Salve, mi domine —

856

HANNO.

Misellum, hominem!

857

MILPHIO.

— Medici nuco istam.

861

HANNO.

Muphursa.

AGORASTOCLES.

Quid ait?

HANNO.

Mure lech ianna.

AGORASTOCLES.

Quid venit? 865

MILPHIO.

Non audis? muris Africanos praedicat
In pompam ludis dare se velle aedilibus.

HANNO.

Lech lachananim! liminichot!

AGORASTOCLES.

Quid nunc ait?

MILPHIO.

Ligulas, canalis, ait se advexisse et nuces:
Nunc orat, operam ut des sibi, ut ea veneant. 870

AGORASTOCLES.

Mercator, credo, est.

HANNO.

Is amar binam.

AGORASTOCLES.

Quid est?

HANNO.

HANNO.

Hospitium. — Socius tibi explicabit. 865

Abi ad daemones! quiesce! 868

Vir dixit prudenter. 871

HANNO.

Palu, mer, gad ectha!

AGORASTOCLES.

Milphio, quid nunc ait?

MILPHIO.

Palas vendundas sibi ait et mergas datas:
Vt hortum fodiat atque ut frumentum metat.

AGORASTOCLES.

Quid istuc ad me?

MILPHIO.

Certiozem te esse volt: 875

Ne quid clam furtive accepisse censeas.
Ad messim, credo, missus hic quidem tuam.

HANNO.

Muphone um sucorahim.

MILPHIO.

Hem, cave, sis, feceris,

Quod hic orat.

AGORASTOCLES.

Quid ait aut quid orat? expedi.

MILPHIO.

Sub cratim uti iubeas se supponi atque eo 880
Lapides inponi multos: ut sese neces.

HANNO.

Gun nebel balsamen ierasan!

AGORASTOCLES.

Narra, quid est,

Quod ait.

HANNO.

Ridete, civēs, rem mirificam! 872

Involvitur insanus mendaciis. 878

Petulantiam stolidi dominus coelorum frenet! 882

MILPHIO.

Non hercle nunc quidem quidquam scio.

HANNO.

At ut scias: nunc dehinc Latine iam loquar.
 Servom hercle te esse oportet et nequam et malum,
 885

Hominem peregrinum atque advenam qui inrideas.

MILPHIO.

At hercle te hominem et sycophantam et subdolum,
 Qui huc advenisti nos captatum, migdilybs,
 Bisulcilingua, quasi proserpens bestia.

AGORASTOCLES.

Maledicta hinc aufer! linguam conpescas face! 890
 Maledicere huic tu temperabis, si sapis:
 Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.
 Carthagini ego sum natus: ut tu sis sciens.

HANNO.

O mi popularis, salve!

AGORASTOCLES.

Et tu edepol, quisquis es;
 Et si quid opus est, quaeso, dic atque impera, 895
 Popularitatis causad.

HANNO.

Habeo gratiam;

Verum hic hospitium ego habeo. Antidamae filium,
 Quaeso, commonstra, si novisti, Agorastoclem.
 Ecquem adolescentem tu hic novisti Agorastoclem?

AGORASTOCLES.

Si quidem Antidamarchi quaeris adoptatitium: 900
 Ego sum ipse, quem tu quaeris.

HANNO.

Hem, quid ego audio?

AGORASTOCLES.

Antidamae gnatum me esse.

HANNO.

Si ita est: tesseram

Conferre si vis hospitalem, eccam attali.

AGORASTOCLES.

Agedum, huc ostende. — Est par probe: nam habeo domi.

HANNO.

O mi hospes, salve multum! nam mihi tuos pater, 905

Pater tuos ergo hospes Antidamas fuit.

Haec mi hospitalis cum illo fuit tessera.

AGORASTOCLES.

Ergo hic apud me hospitium tibi praebetur:

Namque haud repudio hospitium neque Carthaginem,

Vnde sum oriundus.

HANNO.

Di dent tibi omnes, quae velis. 910

Quid ais? qui potuit fieri, ut Carthagini

Gnatus sis, si hic autem Aetolum habuisti patrem?

AGORASTOCLES.

Subreptus sum illum; hic hospes Antidamas tuos

Emit me, et is me sibi adoptavit filium.

HANNO.

Demarcho item ipse fuit adoptatitius. 915

Sed mitto de illo et ad te redeo. Dic mihi:

Ecquid meministi tuum parentum nomina?

AGORASTOCLES.

Patris atque matris memini.

HANNO.

Memoradum mihi,

Si novi forte aut si sunt cognati mihi.

AGORASTOCLES.

Ampsagura mäter mihi fuit, Iachon pater. 920

HANNO.

Patrem atque matrem viverent vellem tibi!

AGORASTOCLES.

An mortui sunt?

HANNO.

Factum, quod ego aegre tuli:

Nam mihi sobrina Ampsagura tua mater fuit,
 Pater tuos erat frater patruelis meus,
 Et is me heredem fecit, quom suom obiit diem, 925
 Quo me privatum aegre patior mortuo.
 Sed si ita est, ut tu sis Iachonis filius:
 Signum esse oportet in manu laeva tibi,
 Ludenti puero quod memordit simia.
 Ostende: inspiciam aperte. Age!

AGORASTOCLES.

Audio.

HANNO.

Atque adest. 930

AGORASTOCLES.

Mi patruae, salve!

HANNO.

Et tu salveto, Agorastocles!

Iterum mihi gnatus videor, quod te reperi!

MILPHIO.

Pol istanc rem vobis bene evenisse gaudeo,
 Et te moneri num nevis?

HANNO.

Sane volo.

MILPHIO.

Paterna oportet filio reddi bona: 935
 Aequom est, habere hunc bona, quae possedit pater.

HANNO.

Haud postulo aliter: restituentur omnia.
 Suam rem sibi salvam sistam, si illo advenerit.

MILPHIO.

Facito, sis, reddas, etsi hic hic habitat, tamen.

HANNO.

Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuat. 940

MILPHIO.

Festivom facinus venit mi in mentem modo.

HANNO.

Quid id est?

MILPHIO.

Tua opus est opera.

HANNO.

Dic mihi, quid lubet?

Profecto uteris, ut voles, operam meam.

Quid est negoti?

MILPHIO.

Potin' tu fieri subdulus?

HANNO.

Inimico possum; amico est insipientia. 945

MILPHIO.

Inimicus hercle est huius.

HANNO.

Male faxim lubens.

MILPHIO.

Amat a lenone hic.

HANNO.

Facere sapienter puto.

MILPHIO.

Leno hic habitat vicinus.

HANNO.

Male faxim lubens.

MILPHIO.

Ei duae puellae sunt meretrices servolae
Sorores; earum hic alteram ecclitum perit, 950
Neque eam incestavit unquam.

HANNO.

Acerba amatio est.

MILPHIO.

Nunc leno ludificatur.

HANNO.

Suom quaestum colit.

MILPHIO.

Hic illi malam rem dare volt.

HANNO.

Frugi, si id facit.

MILPHIO.

Nunc hoc consilium capio et hanc fabricam adparo,
Vt te adlegemus: filias dicas tuas 955
Subreptasque esse parvolas Carthagino,
Manuque liberali causa ambo adseras,
Quasi filiae tuae sint ambae. Intellegis?

HANNO.

Intellego hercle: nam mihi item gnatae duae
Cum nutrice una sunt subreptae parvolae. 960

MILPHIO.

Lepide hercle adsimulas. Iam principium id mihi
placet.

HANNO.

Pol mage, quam vellem!

MILPHIO.

Heu, hercle mortalem catum
 Malum crudumque et callidum atque subdolum!
 Vt adflet, quo illud gestu faciat facilius!
 Me quoque dolis iam superat architectonem. 965

HANNO.

Sed earum nutrix qua sit facie, mi expedi.

MILPHIO.

Statura haud magna, corpore aquilo est

HANNO.

Ipsa ea est.

MILPHIO.

Specie venusta, os parva atque oculis pernigris.

HANNO.

Formam quidem hercle verbis depinxti probe.

MILPHIO.

Vin' eam videre?

HANNO.

Filias malo meas. 970

Sed i atque illam evoca. Si eae meae sunt filiae,
 Si illarum est nutrix: me continuo noverit.

MILPHIO.

Heus, ecquis hic est? Nuntiate, ut prodeat
 Foras Giddeneme: est, qui illam conventam esse volt.

GIDDENEME. MILPHIO. HANNO.
AGORASTOCLES. PVER.

GIDDENEME.

Quis pultat?

MILPHIO.

Qui te proxumust.

GIDDENEME.

Quid vis?

MILPHIO.

Eho, i. s. V, 3. 975

Novistin' tu illunc tunicatum hominem, qui siet?

GIDDENEME.

Nam quem ego adspicio? Proh supreme Iupiter,
Herus hic quidem est meus, mearum alumnarum
pater,

Hanno Carthaginiensis!

MILPHIO.

Ecce autem mala!

Praestigiator hic quidem Poenus probust: 980
Perduxit omnis ad suam sententiam.

GIDDENEME.

O mi here, salve, salve, insperatissime,
Mihi tuisque filiis, Hanno! atque eho!
Mirari noli neque me contemplarier.

Cognostin' Giddenemen, ancillam tuam? 985

HANNO.

Novi. Sed ubi sunt gnatae meae? id scire expeto.

GIDDENEME.

Apud aedem Veneris.

HANNO.

Quid ibi faciunt? dic mihi.

GIDDENEME.

Aphrodisia hodie Veneris est festus dies:
Oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia.

MILPHIO.

Pol satis, scio, inpetrarunt: quando hic hic adest. 990

AGORASTOCLES.

Eho, an huius sunt illaec filiae?

GIDDENEME.

Ita, uti praedicas.

Tua pietas plane nobis auxilio fuit:
Quando huc advenisti hodie in ipso tempore:
Namque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere quaestum corpore. 995

PVER.

Han done, silli hanon benes iilli, in mus tine.

GIDDENEME.

Me ipsi et? enes tedum; et alam naces timim.

AGORASTOCLES.

Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.

MILPHIO.

Matrem hic salutat suam hanc, haec autem hunc
filium.

HANNO.

Tace atque parce muliebri supellectili. 1000

PVER.

Laetatus est dominus meus, quod deus benigne red-
didit has filias, non morti tradidit.

GIDDENEME.

Quis me beatior? Dolor silebit! in aeternum gau-
debimus beatissimi! 996

MILPHIO.

Quae ea est supellex?

HANNO.

Clarus clamor sine modo.

Tu abduci hos intro et una nutricem simul

Iube ad ted hanc abire.

AGORASTOCLES.

Fac, quod imperat.

GIDDENEME.

Sed quis illas tibi monstrabit?

AGORASTOCLES.

Ego doctissime.

GIDDENEME.

Abeo igitur.

AGORASTOCLES.

Facias modo, quam memores, mavelim. 1005

MILPHIO.

Opino hercle hodie, quod ego dixi per iocum,

Id eventurum esse et severum et serium: ut

Haec inveniantur hodie esse huius filiae.

AGORASTOCLES.

Pol istuc quidem iam certum est. Tu istos, Mil-
phio,

Abduce intro; hasce nos hic praestolabimur. 1010

Patruo adveniēti coena curetur volo.

MILPHIO.

Lachanam vos, quos ego iam detrudam ad molas,

Inde porro ad puteum atque ad robustum codicem!

Ego faxo hospitium hoc leniter laudabitis.

MILPHIO.

Ad daemones —

1012

AGORASTOCLES.

Audin' tu, patruē? Dico, ne dictum nēges: 1015
 Tuam mihi maiorem filiam despondeas.

HANNO.

Pactam rem habetō.

AGORASTOCLES.

Spondesne igitur?

HANNO.

Spondeo.

AGORASTOCLES.

Mi patruē, salve: nam nunc es plane meus!
 Nunc demum ego cum illa fabulabor libere!
 Nunc, patruē, si vis tuas videre filias, 1020
 Me sequere!

HANNO.

Iamdudum equidem cupio et te sequor.

AGORASTOCLES.

Quid, si eamus illis obviam?

HANNO.

At, ne inter vias

Praeterbitamus, metuo. Magne Iupiter,
 Restitue certas mi ex incertis nunc opes!

AGORASTOCLES.

Ego quidem Amores mecum confido fore. 1025
 Sed eccas video ipsas.

HANNO.

Haecine sunt meae filiae?

Quantae e quantillis iam sunt factae!

AGORASTOCLES.

Scin', quid est

Tricarum? Sunt columnae: sustolli solent.

ADELPHASIVM. ANTERASTYLIS. AGO-
RASTOCLES. HANNO.

ADELPHASIVM.

Fuivit hodie operae pretium eius, qui amabilitati ani-
mum adiceret, t. t. V, 4.
Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum in-
visere venit, 1030
Deamavi ecastor illi ego lepidissima munera mere-
tricum,
Digra dea Venere venustissima, neque contemsi eius
opus hodie:
Tanta ibi copia venustatum aderat, in suo quaeque
loco sita munde.
Arabus murrhinusque omne odor complebat. Haud
sordere visust
Festus dies, Venus, nec tuom fanum: tantus clien-
tarum ibi erat numerus, 1035
Quae Galydoniam venerant Venerem.

ANTERASTYLIS.

Certo enim, quod quidem ad nos duas at-
tinuit, praepotentes pulchrae pacisque fuimus, so-
ror, potentes
Neque ab iuventa ibi inridiclo habitae; quod pol
ceteris omnibus factum est.

ADELPHASIVM.

Malim istuc aliis ita videatur, quam ut tu te, so-
ror, conlaudes.

ANTERASTYLIS.

Spero equidem.

ADELPHASIVM.

Et pol ego, quom, ingeniis quibus sumus atque
 aliae, cognosco. 1040
 Eo sumus gnatae genere, ut esse deceat nos a culpa
 castas.

HANNO.

Qui genus colis alisque hominum, per quem vivi-
 mus vitalem aevom.
 Quem penes spes vitae da sospitem hunc diem,
 quaeso, rebus agundis
 Meis! Quibus annos multos carui, quasque e pa-
 tria perdidit parvas,
 Redde his libertatem: invictae praemium, ut esse
 sciam pietati. 1045

AGORASTOCLES.

Omnia faciet Iupiter faxo: nam mi obnoxius et me
 metuit.

HANNO.

Tace, quaeso.

AGORASTOCLES.

Ne lacruma, patruae. t. d.

ANTERASTYLIS.

Vt volupe est homini, mea soror, si, quod agit,
 cluet victoria, i. t.

Sicut hodie nos inter alias praestitimus pulcritudine.

ADELPHASIVM.

Stulta, soror, es mage, quam volo.

ANTERASTYLIS.

Aiin' vero?

ADELPHASIVM.

Pulcran', obsecro, 1050

Videre, si tibi illi non os oblitum est fuligine?

AGORASTOCLES.

O patruae, patruae!

HANNO.

Quid est, mei fratris gnate? quid vis? expedi.

AGORASTOCLES.

At enim volo hoc agas.

HANNO.

At enim ago istuc.

AGORASTOCLES.

Patruae mi patruissime!

HANNO.

Quid est?

AGORASTOCLES.

Est lepida et lauta! Vt sapit!

HANNO.

Ingenium habet patris, quod sapit.

AGORASTOCLES.

Quae res? Iam diu edepol tuam sapientiam haec
quidem abusa est; i. t. c. 1055
Nunc hinc sapit, quidquid sapit; hinc sentit, e meo
amore.

ADELPHASIVM.

Non eo sumus prognatae genere, tametsi sumus ser-
vae, soror, t. t. c.
Vt deceat nos facere quidquam, quod homo quis-
quam inrideat.
Multa mulierum sunt vitia; sed hoc e multis maxu-
mum est,
Quom sibi nimis placent nimisque operantur, ut
placeant viris. 1060

ANTERASTYLIS.

Nimiae voluptati est, quod in extis nostris porten-
tum est, soror,
Quod haruspex de ambabus dixit

AGORASTOCLES.

Velim de me aliquid dixerit!

ANTERASTYLIS.

Nos fore domino invito nostro diebus paucis liberas.
Id ego, nisi quid di aut parentes faxint, qui sperem,
haud scio.

AGORASTOCLES.

Mea fiducia hercle haruspex, patruae, his promisit,
scio, 1065

Libertatem: quia me amare hanc scit.

ADELPHASIVM.

Soror, sequere hac.

ANTERASTYLIS.

Sequor.

HANNO.

Priusquam abitis, vos volo ambas. Nisi piget, con-
sistite.

ADELPHASIVM.

Quis revocat?

AGORASTOCLES.

Qui bene vult vobis facere.

ADELPHASIVM.

Facere occasio est.

Sed quis homo est?

AGORASTOCLES.

Amicus vobis.

ADELPHASIVM.

Qui quidem non inimicus est.

AGORASTOCLES.

Bonus est hic homo, mea voluptas.

ADELPHASIVM.

Pol istunc malim, quam malum. 1070

AGORASTOCLES.

Si quidem amicitia est habenda : cum hoc habenda est.

ADELPHASIVM.

Haud precor.

AGORASTOCLES.

Multa volt bona vobis facere.

ADELPHASIVM.

Bonus bonis benefeceris.

HANNO.

Gaudio ero vobis

ADELPHASIVM.

At edepol nos voluptati tibi.

HANNO.

Libertatique.

ADELPHASIVM.

Isto pretio tuas nos facile feceris.

AGORASTOCLES.

Patruē mi, ita me di amabunt, ut ego, si sim Iupiter,

1075

Iam hercle illanc uxorem ducam et Iunonem extrudam foras!

Vt pudice verba fecit cogitate et commode!

Vt modeste orationem praebuit! Certo haec mea est!

HANNO.

Sed ut astu sum adgressus ad eas!

AGORASTOCLES.

Lepide hercle atque commode.

HANNO.

HANNO.

Pergo etiam tentare?

AGORASTOCLES.

In pauca confer: sitiunt, qui sedent. 1080

HANNO.

Quid? istuc, quod faciundum est, cur non agimus?

In ius vos voco. i. t.

AGORASTOCLES.

Nunc tene!

HANNO.

Tu, frugi si bonae es!

AGORASTOCLES.

Vin' hanc ego adprendam?

HANNO.

Tene!

ADELPHASIVM.

An patruos est, Agorastocles, tuos hic?

AGORASTOCLES.

Iam faxo scibis. i. t. c.

Nunc pol ego te ulciscar probe: nam faxo mea
eris sponsa.

HANNO.

Ite in ius! ne moramini!

ANTERASTYLIS.

Antestare me atque duce. 1085

AGORASTOCLES.

Ego te antestabor; postea hanc amabo atque am-
plexabo.

Sed illuc, quod volui

ADELPHASIVM.

Dice.

AGORASTOCLES.

Imo hercle dixi, quod volebam.

HANNO.

Moramini. In ius vos voco, nisi honestiust prehendi.

ADELPHASIVM.

Quid in ius vocas nos? quid tibi debemus?

AGORASTOCLES.

Dicet illi.

ADELPHASIVM.

Etiam me meae latrant canes?

AGORASTOCLES.

At tu hercle adludiatō; iogo

Dato mihi pro offa savium, prod osse linguam ob-
cito:

Ita hanc tibi faciam canem oleo tranquilliozem.

HANNO.

Ite, si itis.

ADELPHASIVM.

Quid nos fecimus tibi?

HANNO.

Fures estis ambae. as. ex t. d. et i. d. c.

ADELPHASIVM.

Nos tibi?

HANNO.

Vos, inquam.

AGORASTOCLES.

Atque ego scio.

ADELPHASIVM.

Quid id est furti?

AGORASTOCLES.

Hunc rogato.

HANNO.

Quia annos multos filias meas celavistis clam me,
 i. t. c. 1095
 Atque quidem ingenuas liberas summoque genere
 gnatas.

ADELPHASIVM.

Nunquam mecastor reperies tu istuc probrum pe-
 nes nos.

AGORASTOCLES.

Da pignus, ni nunc peieres, in savium, uter utri det.

ADELPHASIVM.

Nil tecum ago: abscede, obsecro te.

AGORASTOCLES.

Atque hercle mecum agendum est:
 Nam hic patruos meus est: pro hoc mihi patronus
 simi necesse est, 1100
 Et praedicabo, quomodo vos furta facitis multa,
 Quoque modo huiusce filias apud vos habetis servas,
 Quas vos ex patria liberas subreptas esse scitis.

ADELPHASIVM.

Vbi sunt eae aut quas, obsecro?

AGORASTOCLES.

Satis sunt maceratae.

HANNO.

Quin eloquar.

AGORASTOCLES.

Age: censeo hercle, patruae.

ADELPHASIVM.

Misera timeo, 1105

Quid hoc sit negoti, mea soror: ita stupida sine
 animo adsto.

HANNO.

Advortite animum, mulieres. Primum, si id fieri
posset,

Ne indigna indignis di darent, id ego evenire vellem;
Nunc quod boni mihi di danunt vobis vostraeque
matri,

Eo dis est aequom gratias nos agere sempiternas, 1110
Quom nostram pietatem adprobant decorantque di
immortales.

Vos meae estis ambae filiae et hic est cognatus
voster,

Huiusce fratris filius, Agorastocles.

ADELPHASIVM.

Amabo,

Num hic falso oblectat gaudio nos?

AGORASTOCLES.

At me ita di servent,

Vt hic pater est voster! Date manus.

ADELPHASIVM.

Salve, insperate nobis 1115

Pater! te conplecti sine!

ANTERASTYLIS.

Cupite atque exspectate

Pater, salve! Ambae filiae sumus: amplectamur
ambae.

AGORASTOCLES.

Quis me amplectetur postea?

HANNO.

Nunc ego sum fortunatus!

Multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo!

ADELPHASIVM.

Vix hoc videmur credere.

HANNO.

Mage qui credatis, dicam: 1120
Nam nutrix primum vostra me cognovit.

ADELPHASIVM.

Vbi ea, amabo, est?

HANNO.

Apud hunc est.

AGORASTOCLES.

Quaeso, qui lubet tam diu tenere collum,
Priusquam te mihi desponderit?

ADELPHASIVM.

Mitto.

AGORASTOCLES.

Sperata, salve....

ADELPHASIVM.

Omitte salutem.

AGORASTOCLES.

Et tu altera.

ANTERASTYLIS.

Nolo istuc: enicas me!

HANNO.

Condamus alter alterum ergo in nervom brachia-
lem! 1125

Quibus nunc in terra melius est?

AGORASTOCLES.

Eveniunt digna dignis.

Tandem huic cupitum contigit! O Apella, o Zeu-
xis pictor,

Cur numerod estis mortui? hinc exemplum ut pin-
geretis!

Nam alios pictores nil moror huiusmodi tractare
exempla.

HANNO.

Di deaeque omnes, vobis habeo merito magnas gra-
tias, t. t. c. 1130

Quom hac laetitia tanta et tantis me adfecistis gaudiis,
Vt meae gnatae ad me redirent in potestatem meam!

ADELPHASIVM.

Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.

AGORASTOCLES.

Patruae, facito in memoriam habeas, tuam maiorem
filiam

Mihi te despondisse

HANNO.

Memini.

AGORASTOCLES.

Et dotis quid promiseris. 1135

ANTHEMONIDES. ADELPHASIVM.

ANTERASTYLIS. HANNO. AGO-
RASTOCLES.

ANTHEMONIDES.

Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni
dedi: t. t. c. V, 5.

Tum profecto me sibi habento scurrae ludificatui!
Is etiam me ad prandium ad se abduxit ignavissu-
mus,

- Ipse abiit foras, me reliquit pro atriensi in aedibus.
Vbi nec leno neque illae redeunt, nec, quod edim,
quidquam datur: 1140

Pro minore parte prandi pignus cepi, abii foras.

Sic dederò! aere militari tetigero lenunculum!
Nactus est hominem, mina quem argenti circumdu-
ceret!

Sed mea amica nunc mihi irato obviam veniat velim.
Iam pol ego illam pugnīs totam faciam uti sit me-
rulea! 1145

Ita replebod atritatis, atrior multo ut siet
Quamde Aegyptii aut, qui cortinam ludis per cir-
cum ferunt!

ADELPHASIVM.

Tene, sis, me arte, mea voluptas: male ego metuo
milios:

Mala illaec bestia est: ne forte me auferat, pullum
tuom.

ANTERASTYLIS.

Vt nequeo te satis complecti, mi pater!

ANTHEMONIDES.

Ego me moror. 1150

Propemodum istoc obsonare prandium potero mihi.
Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid
ego video? quomodo?

Quid hoc est conduplicationis? quae haec est con-
geminatio?

Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer
cauponius?

Satin' ego oculis cerno? estne illic mea amica An-
terastylis? 1155

Et ea certo est! Iampridem ego me sensi nihili
pendier.

Non pudet puellam amplexari alliolum in media via?
Iam hercle ego illunc excruciantum totum carnufici
dabo!

Sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissitiis.
Sed adire certum est hanc ad amatricem Africam.

i. s. 1160

Heus tu, tibi dico, mulier, ecquid te pudet?
Quid tibi negoti autem est cum istacce? dic mihi.

HANNO.

Adulescens, salve.

ANTHEMONIDES.

Nolo: nihil ad te attinet.

Quid hanc tibi digito tactio est?

HANNO.

Quia mihi lubet.

ANTERASTYLIS.

Lubet?

HANNO.

Ita dico.

ANTHEMONIDES.

Ligula, i in malam crucem! 1165

Tunc hic amator audes esse, hallex viri,
Aut contrectare, quod mares homines amant,
Deglupta maena, sarapis, semicinctium,
Mastruga, halagoras, hama, tum autem plenior
Alli ulpicique quam Romani remiges? 1170

AGORASTOCLES.

Num tibi, adulescens, malae aut dentes pruriunt,
Qui huic es molestus, an malam rem quaeritas?

ANTHEMONIDES.

Cur ne adhibuisti, dum istaec loquere, tympanum?
Nam te cinaedum esse arbitror mage, quam virum.

AGORASTOCLES.

Scin', quam cinaedus sum? Ite istinc, servi, foras! 1175
Ecferte fustis!

ANTHEMONIDES.

Heus tu, si quid per iocum
Dixi: nolito in serium conuortere.

ANTERASTYLIS.

Quid tibi lubido est, obsecro, Anthemonides,
Loqui inclementer nostro cognato et patri?
Nam hic noster pater est; hic nos cognovit modo

1180

Et hunc sui fratris filium.

ANTHEMONIDES.

Ita me Iupiter
Bene amet, bene factum! gaudeo et volupe est mihi,
Si quid lenonid obtigit magni mali,
Quomque e virtute vobis fortuna obtigit!

ANTERASTYLIS.

Credibile ecastor dicit: crede huic, mi pater. 1185

HANNO.

Credo.

AGORASTOCLES.

Et ego credo. Sed eccum lenonem Lycum,
Bonum virum, eccum, video; se recipit domum.

HANNO.

Quis hic est?

AGORASTOCLES.

Vtrumvis est, et leno et Lycus.
In servitute hic filias habuit tuas,
Et mi auri hic fur est.

HANNO.

Bellum hominem, quem noveris! 1190

AGORASTOCLES.

Rapiamus in ius.

HANNO.

Minume.

AGORASTOCLES.

Quapropter?

HANNO.

Quia

Iniuriarum multam indici satius est.

LYCVS. AGORASTOCLES. HANNO.
ANTHEMONIDES.

LYCVS.

Decipitur nemo mea quidem sententia, i. s. V, 6.
Qui suis amicis narrat recte res suas:
Nam omnibus amicis meis idem unum convenit, 1195
Vt me suspendam, ne addicar Agorastocli.

AGORASTOCLES.

Leno, eamus in ius.

LYCVS.

Obsecro te, Agorastocles,

Suspendere ut me liceat.

HANNO.

In ius te voco.

LYCVS.

Quid tibi mecum autem?

HANNO.

Quia enim hasce aio liberas

Ingenuasque esse filias ambas meas. 1200

Eae sunt subreptae cum nutrice parvulae.

LYCVS.

Iampridem equidem istuc scivi et miratus fui,
Venire neminem, istas qui adsereret manu.
Meae quidem profecto non sunt.

ANTHEMONIDES.

Leno, in ius eas.

LYCVS.

De prandio tu dicis: debetur, dabo. 1205

AGORASTOCLES.

Duplum pro furto mihi opus est.

LYCVS.

Sume hinc quidem.

HANNO.

Et mihi suppliciis multis.

LYCVS.

Sume hinc quidlubet.

ANTHEMONIDES.

Et mihi quidem mna argenti.

LYCVS.

Sume hinc quidlubet.

Collo rem solvam iam omnibus, quasi baiolus.

AGORASTOCLES.

Numquid recusas contra me?

LYCVS.

Advorsum quidem. 1210

AGORASTOCLES.

Ite igitur intro, mulieres. Sed, patruae mi,

Tuam, ut dixisti, mihi desponde filiam.

HANNO.

Haud aliter ausim.

ANTHEMONIDES.

Bene vaie.

AGORASTOCLES.

Et tu bene vale.

ANTHEMONIDES.

Leno, arrhabonem hoc pro mina mecum fero.

LYCVS.

Perii hercle!

AGORASTOCLES.

Imo haud multo post, quom in ius
veneris. 1215

LYCVS.

Quin egomet tibi me addico: quid praetore opust?
Verum obsecro te, ut liceat simplum solvere,
Trecentos Philippos. Credo, conradi potest.
Cras auctionem faciam.

AGORASTOCLES.

Tantisper quidem

Vt sis apud me lignea in custodia. 1220

LYCVS.

Fiat.

AGORASTOCLES.

Sequere intro, patruē mi: ut festum hunc diem
Habeamus hilare, huius malo et nostro bono.
Multum valetē. Multa verba fecimus;
Malum postremo hoc omne ad lenonem redit.
Nunc, quod postremum est condimentum fabulae,
1225

Si placuit, plausum postulat comoedia.

Sequentia addunt vett. edd.

AGORASTOCLES. LYCVS. HANNO.
ADELPHASIVM. ANTERASTYLIS.
ANTHEMONIDES.

AGORASTOCLES.

Quam rem agitas, miles? qui lubet patruo meo i. s.
Loqui inclementer? Ne mirere, mulieres
Quod eum sequuntur: modo cognovit filias
Suas esse hasce ambas.

LYCVS.

Hem, quod verbum auris meas
Tetigit? Nunc perii! Vnde haec e perierunt domo? 5

AGORASTOCLES.

Carthaginienses sunt.

LYCVS.

At ego sum perditus!
Illud ego metui semper, ne cognosceret
Eas aliquis; quod nunc factum est. Vae misero
mihi!

Periere, opinor, duodeviginti minae,
Qui hasce emeram.

AGORASTOCLES.

Et tute ipse periisti, Lyce. 10
[Carthaginienses sunt.

LYCVS.

At ego sum perditus.]

HANNO.

Quis hic est? utrum is est novelle novellicus?

AGORASTOCLES.

In servitute hic filias habuit tuas,
Et mi auri fur est.

HANNO.

Bellum hominem, quem noveris!

AGORASTOCLES.

Leno, rapacem te esse semper credidi; 15
Verum et furacem norunt, qui norunt magis.

LYCVS.

Accedam. Per ego te tua genua obsecro

Et hunc, cognatum quem tuum esse intelligo:
 Quando boni estis, ut bonos facere addecet,
 Facitote et vostro subveniatis supplici! 20
 Iampridem equidem istas esse scivi liberas
 Et expectabam, si quis adsereret manu
 Eas: nam meae prorsus non sunt. Tum autem au-
 rum tuum

Reddam, quod apud me est, et iniurandum dabo,
 Me malitiose nil fecisse, Agorastocles. 25

AGORASTOCLES.

Quod mihi par facere est, commode egomet consu-
 lam.

Omitte genua.

LYCVS.

Mitto, si ita sententia est.

AGORASTOCLES.

Heus tu, leno.

LYCVS.

Quid lenonem vis inter negotium? t. t. c.

AGORASTOCLES.

Vt nunc argentum mihi reddas, priusquam in ner-
 vom abducere.

LYCVS.

Di meliora faxint!

AGORASTOCLES.

Sic est: video, coenabis foris. 30
 Aurum, argentum, collum, leno, tria tu nunc debes
 simul.

HANNO.

Quid med hac re facere deceat, egomet mecum co-
 gito.

Si volo hunc ulcisci: lites sequar in alieno oppido.
 Quantum audivi, ingenium et mores eius quo pa-
 cto sient

ADELPHASIVM.

Mi pater, ne quid tibi cum istoc re sit, maxime
 obsecro. 35

ANTHEMONIDES.

Ausculda sorori. Abi, disiunge inimicitias cum im-
 proba.

HANNO.

Hoc age, sis, leno. Quamquam ego te meruisse, ut
pereas, scio:

Non experiar tecum.

AGORASTOCLES.

Neque ego, si aurum mihi reddes meum,
Leno, quando, ex nervo emissus, — compingere in
carcerem.

LYCVS.

Iam autem, uti soles? — Ego, Poene, me tibi pur-
gatum volo. 40

Si quid dixi iratus advorsum animi tui sententiam:
Id ut ignoscas, quaeso; et quom istas invenisti
filias,

Ita me di ament, mihi voluptast.

HANNO.

Ignosco et credo tibi.

ANTHEMONIDES.

Leno, tu aut amicam reddas facito aut auri mihi mi-
nam.

LYCVS.

Vin' tibicinam meam habere?

ANTHEMONIDES.

Nil moror tibicinam: 45

Nescias, utrae ei maiores, buccaene an mammae,
sient.

LYCVS.

Dabo, quod placeat.

ANTHEMONIDES.

Curato.

LYCVS.

Aurum cras ad te referam tuum.

AGORASTOCLES.

Facito in memoria habeas. Miles, sequere me.

ANTHEMONIDES.

Ego vero sequor.

AGORASTOCLES.

Quid ais, patruē? quando hinc ire cogitas Cartha-
ginem?

Nam tecum una me ire certum est.

HANNO.

Vbi primum potero, illico. 50

AGORASTOCLES.

Dum auctionem facio, hic opus est aliquot ut maneat dies.


HANNO.

Faciam ita, ut vis.

AGORASTOCLES.

Age, sis, eamus; nos curemus. Plaudite.

P S E V D O L V S.



A R G V M E N T V M.

Praesentis numerat quindecim miles minas;
Simul consignat symbolum: ut Phoenicium
Ei det leno, qui eum cum reliquo adferat.
Venientem caculam intervortit symbolo,
Dicens Syrum se Ballionis, Pseudolus,
Opemque herili ita tulit: nam Simmiae
Leno mulierem, quem is supposuit, tradidit.
Venit Harpax verus: res palam cognoscitur
Senexque argentum, quod erat pactus, reddidit.

DRAMATIS PERSONAE.

PSEVDOLVS.
CALLIDORVS.
BALLIO.
LORARIVS.
SIMO.
CALLIPHO.
HARPAX.
CHARINVS.
PVER.
COCVS.
SIMMIA.
PHOENICIVM.

P R O L O G V S.

Studete hodie mihi: bona in scenam affero:
Nam bona bonis ferri reor aequum maxume,
Vt mala malis: ut, qui mali sunt, habeant mala,
Qui boni, bona. Bonos quod oderint mali,
Sunt mali; malos quod oderint boni, bonos 5
Esse oportet; vosque ideo estis boni, quandoquidem
Semper odistis malos et lege et legionibus
Hos fugitastis, Quirites, successis bonis.
Huic vos nunc pariter bonam operam date gregi,
Qui bonus est et hodie ad bonos affert bona. 10
Aures, oculi, animus ampliter fient saturi.
In scenam qui ieiunus venerit aut sitiens,
Is risu et ventre raso vigilabit sedulo:
Dum ridebunt saturi, mordebunt famelici.
Nunc, si sapitis, cedite ieiuni atque discedite. 15
Vos saturi, state, imo sedete atque attendite.
Non argumentum neque huius nomen fabulae
Nunc proloquar ego: satis id faciet Pseudolus:
Satis id dictum vobis puto iam atque deputo.
Vbi lepos, ioci, risus, vinum, ebrietas decens, 20
Gratiae, decor, hilaritas atque delectatio,
Qui quaerit alia, is malum videtur quaerere.
Curas malas abiicite iam, ut otiosi, hodie.
Exporgi meliust lumbos atque exsurgere: i. s.
Plautina longa fabula in scenam venit.

PSEVDOLVS. CALLIDORVS.

PSEVDOLVS.

Si ex te tacente fieri possem certior, i. s. I, 1.
 Here, quae miseriae te tam misere macerant:
 Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
 Mei te rogandi et tui respondendi mihi;
 Nunc quoniam id fieri non potest: necessitas 5
 Me subigit, ut te rogitem. Responde mihi:
 Quid est, quod tu exanimatus iam multos dies
 Gestas tabellas tecum, eas lacrumis lavis,
 Neque tui participem consili quemquam facis?
 Eloquere: ut, quod ego nescio, id tecum sciam. 10

CALLIDORVS.

Misere miser sum, Pseudole!

PSEVDOLVS.

Id te Iupiter

Prohibessit!

CALLIDORVS.

Nihil hoc Iovis ad iudicium attinet;
 Sub Veneris regno vapulo, non sub Iovis.

PSEVDOLVS.

Licet me id scire quid sit? nam tu me antihac
 Supremum habuisti comitem consiliis tuis. 15

CALLIDORVS.

Idem animus nunc est.

PSEVDOLVS.

Fac me certum, quid tibi est.

Aut re iuvabo aut opera aut consilio borro.

CALLIDORVS.

Cape has tabellas: tute hinc narrato tibi,
 Quae me miseria et cura contabefacit.

PSEVDOLVS.
Mos tibi geretur. Sed quid hoc, quaeso?

CALLIDORVS.

Quid est? 20

PSEVDOLVS.
Vt opinor, quaerunt literae haec sibi liberos:
Alia aliam scandit.

CALLIDORVS.

Ludis me ludo tuo.

PSEVDOLVS.
Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Alium potesse interpretari neminem.

CALLIDORVS.

Cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu? 25

PSEVDOLVS.

An, obsecro hercle, habentque gallinae manus?
Nam has quidem gallina scripsit.

CALLIDORVS.

Odiosus mihi es.

Lege, vel tabellas redde.

PSEVDOLVS.

Imo etenim perlegam.

Advortito animum.

CALLIDORVS.

Non adest.

PSEVDOLVS.

At tu cita. 30

CALLIDORVS.

Imo ego tacebo; tu istinc ex cera cita:
Nam istic meus animus nunc est, non in pectore.

PSEVDOLVS.

Tuam amicam video, Callidore.

CALLIDORVS.

Vbi ea, obsecro, est?

PSEVDOLVS.

Eccam in tabellis porrectam; in cera cubat.

CALLIDORVS.

At te di deaque, quantum est

PSEVDOLVS.

Servassint quidem! 35

CALLIDORVS.

Quasi solstitialis herba paulisper fui:
Repente exortus sum, repentino occidi.

PSEVDOLVS.

Tace, dum tabellas perlego.

CALLIDORVS.

Ergo quin legis?

PSEVDOLVS.

„Phoenicium Callidoro, amatori suo,
„Per ceram et linum literasque interpretes 40
„Salutem mittit et salutem abs te expetit,
„Lacrumans, titubantid animo corde et pectore.“

CALLIDORVS.

Perii, salutem nusquam invenio, Pseudole,
Quam illi remittam!

PSEVDOLVS.

Quam salutem?

CALLIDORVS.

Argenteam.

PSEVDOLVS.

Pro lignean' salute vis argenteam 45
Remittere illi? Vide sis, quam tu rem geras.

CALLIDORVS.

Recita modo: ex tabellis iam faxo scies,
Quam subito argento mi usus invento siet.

PSEVDOLVS.

„Leno me peregre militi Macedonico
„Minis viginti vendidit, voluptas mea; 50
„Et priusquam hinc abiit, quindecim miles minas
„Dederat: nunc unae quinque remorantur minae:
„Ea causa miles hic reliquit symbolum
„Expressam in cera ex anulo suam imaginem:
„Vt, qui huc adferret eius similem symbolum, 55
„Cum eo simul me mitteret. Ei re dies
„Haec praestituta est, proxuma Dionysia.“

CALLIDORVS.

Cras ea quidem sunt: prope adest exitium mihi,
Nisi quid mihi in te est auxili.

PSEVDOLVS.

Sine perlegam.

CALLIDORVS.

Sino: nam mihi videor cum ea fabularier. 60
Lege! dulce amarumque una nunc misces mihi.

PSEVDOLVS.

„Nunc nostri amores mores, consuetudines,
„Iocus, ludus, sermo, suavis suaviatio,
„Compressiones artae amantum comparum,
„Teneris labellis molles morsiunculae, 65
„Papillarum horridularum oppressiunculae,
„Harunc voluptatum mi omnium atque itidem tibi
„Distractio, discidium, vasticies venit,
„Nisi quae mihi in te est aut tibi est in me salus.
„Haec, quae ego scivi, ut scires, curavi, omnia; 70
„Nunc ego te experiar, quid ames, quid simules. Vale.“

CALLIDORVS.

Est misere scriptum, Pseudole!

PSEVDOLVS.

O miserrume!

CALLIDORVS.

Quin fles?

PSEVDOLVS.

Pumiceos oculos habeo: non queo
Lacrumam exorare ut exspuant unam modo.

CALLIDORVS.

Quid ita?

PSEVDOLVS.

Genus nostrum semper siccoculum fuit. 75

CALLIDORVS.

Nilne adiuuare me audes?

PSEVDOLVS.

Quid faciam tibi?

CALLIDORVS.

Eheu!

PSEVDOLVS.

Heu? Id quidem hercle, ne parsis, dabo.

CALLIDORVS.

Miser sum: argentum nusquam inuenio mutuom . . .

PSEVDOLVS.

Eheu!

CALLIDORVS.

Neque intus numus ullus est.

PSEVDOLVS.

Eheu!

CALLIDORVS.

Ille abducturus mulierem cras est.

PSEVDOLVS.

123

PSEVDOLVS.

Eheu! 80

CALLIDORVS.

Istoccine pacto me adiuvas?

PSEVDOLVS.

Do id, quod mihi est:

Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.

CALLIDORVS.

Actum hodie de me est! Sed potes nunc mutuam
Drachmam mihi unam dare, quam cras reddam tibi?

PSEVDOLVS.

Vix hercle opinor, si me opponam pignori. 85

Sed quidnam drachma facere vis?

CALLIDORVS.

Restim volo

Mihi emere.

PSEVDOLVS.

Quamobrem?

CALLIDORVS.

Qui me faciam pensilem:

Certum est mihi ante tenebras tenebras persequi.

PSEVDOLVS.

Quis mi igitur drachmam reddet, si dederim tibi?

An tu ea te causa vis sciens suspendere, 90

Vt me defrudes drachma, si dederim tibi?

CALLIDORVS.

Profecto nullo pacto possum vivere,

Si illa a me abalienatur atque abducitur.

PSEVDOLVS.

Quid fles, cucule? Vives.

CALLIDORVS.

Quid ego ni fleam,

Quoi nec paratus numus argenti siet, 95
 Neque quoi libellae spes sit usquam gentium?

PSEVDOLVS.

Vt literarum ego harunc sermonem audio,
 Nisi tu illi lacrumis flevetis argenteis,
 Quod tu istis lacrumis te probare postulas,
 Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum ge-
 ras. 100

Verum ego te amantem (ne pave) non deseram.
 Spero, alicunde hodie me bona operad hac mea
 Tibi inventurum esse auxilium argentarium.

CALLIDORVS.

At qui id futurum? unde?

PSEVDOLVS.

Vnde dicam, nescio;

Nisi quia futurum est: ita supercilium salit. 105

CALLIDORVS.

Vtinam, quae dicis, dictis facta suppetant!

PSEVDOLVS.

Scis tu quidem hercle, mea si conmovi sacra,
 Quo pacto et quantas soleam turbelas dare.

CALLIDORVS.

In te nunc spes sunt omnes aetati meae.

PSEVDOLVS.

Satin' est, si hanc hodie mulierem ecficio tibi, 110
 Tua ut sit, aut si tibi do viginti minas?

CALLIDORVS.

Satis, si futurum est.

PSEVDOLVS.

Roga me viginti minas:

Vt me ecfecturum tibi, quod promisi, scias.

Roga, obsecro hercle: gestio promittere.

PSEVDOLVS.

125

CALLIDORVS.

Dabisne argenti mi hodie viginti minas?

115

PSEVDOLVS.

Dabo. Molestus nunc iam ne sis mihi.

Atque hoc, ne dictum tibi neget, dico prius:

Si neminem alium potero, tuom tangam patrem.

CALLIDORVS.

Di te mihi omnes servent! Verum, si potes,

Pietatis causa vel etiam matrem quoque.

120

PSEVDOLVS.

De istac re in oculum utrumvis conquiescito.

CALLIDORVS.

Oculum utrum, an in aurem?

PSEVDOLVS.

At hoc pervolgatum est nimis.

Nunc, ne quis dictum sibi neget, edico omnibus,

Pube praesenti in concione, omni poplo,

Omnibus amicis notisque edico meis,

125

In hunc diem a me ut caveant, ne credant mihi.

CALLIDORVS.

St!

Tace, obsecro hercle!

PSEVDOLVS.

Quid negoti est?

CALLIDORVS.

Ostium

Lenonis crepuit

PSEVDOLVS.

Crura mavellem modo.

CALLIDORVS.

Atque ipse egreditur, penitus periurum caput.

BALLIO. LORARII IV. PSEVDOLVS. CALLIDORVS.

BALLIO.

Exite! agite, ite, ite, ignavi male habiti et male
 conciliati, t. t. I, 2. 130
 Quorum nunquam quidquam quoiquam venit in men-
 tem ut recte faciant,
 Quibus nisi ad hoc exemplum experior, non pote
 usurpari usura!
 Neque ego homines magis asinos unquam vidi: ita
 plagis costae callent,
 Quos dum ferias, tibi plus noceas: eo enim ingenio
 hi sunt flagritribae,
 Qui haec habent consulta consilia: ubi data est
 occasio: t. t. c. 135
 Rape, clepe, harpaga, tene, bibe, es, fuge. Hoc est
 eorum opus:
 Vt lupos apud ovis malis linquere, quam hos domi
 custodes. t. t.
 At faciem quom adspicias: haud mali videntur;
 opera fallunt.
 Nunc adeo hanc edictionem nisi animum advorte-
 tis omnes,
 Nisi somnum socordiamque ex pectore oculisque
 amovetis: 140
 Ita ego vostra latera loris faciam ut valide varia
 sint: t. t. c.
 Vt ne peristromata quidem aequae picta sint Cam-
 panica, i. t.
 Neque Alexandrina beluata conchyliata tapetia.

Atque heri antedixeram omnibus dederamque eas
provincias; t. t. c.

Verum ita vos estis perditī negligentēs ingenio in-
probo: i. t. 145

Officiū vostrum ut vos malo cogatis commoneriet.
Nempe ita vos animati estis, vincere hoc duritiæ
ergo atque me.

Hoc vide, sis: alias res agunt. Hoc agite, hoc ani-
mum advortite,

Huc adhibete auris, quæ ego loquar, plagigerula
genera hominum! i. t. c.

Nunquam edepol durius vostrum erit tergum, quam
terginum hoc meum. i. t. 150

Qui nunc? doletne? Hem, sic datur, si quis he-
rum servos spernit! i. t. c.

Adsistite omnes contra me et, quæ loquor, advor-
tite animum.

Tu, qui urnam habes, aquamingere. Face plenum
aënum sit cito. — i. t.

Te cum securi caudicali praeicio provinciae.

LORARIUS.

At haec retunsa est.

BALLIO.

Sine siet. Item vos quoque estis
omnes. i. t. c. 155

Num qui minus ea gratia tamen omnium utor opera?
Tibi hoc praecipio, ut niteat aedis. Habes, quod
facias: propete abi intro. — t. t.

Tu esto lectisterniator. — Tu argentum eluito;
idem extruito.

Haec, quom ego a foro revortor, facite ut obfen-
dam parata:

Vorsa, sparsa, tersa, strata lautaque coctaque omnia
 uti sint: 160

Nam mi hodie natalis dies est: decet eum omnes
 vos concelebrare.

Pernam, callum, glandium, sumen, facito in aqua
 iaceant. Satin' audis?

Magnifice volo me viros summos accipere: ut mihi
 rem esse reantur.

Intro abite atque haec celebrate: ne mora quae sit,
 cocus quom veniat,

Mihi. Ego eo in macellum: ut, piscium quidque
 est, pretio praestinem. t. t. c. 165

I, puere, prae: ne quisquam pertundat crumenam
 cautio est. i. t.

Vel opperire: est, quod domi dicere fui pene ob-
 litus. i. t. c.

Auditin'? Vobis, mulieres, hanc habeo edictionem.
 Vos, quae in mundiciis mollitiis deliciisque aetatu-
 lam agitis t. t.

Viris cum summis, inclutae amicae: nunc ego scibo
 atque hodie experiar, 170

Quae capiti, quae ventri operam det, quae suae re,
 quae somno studeat.

Quam libertam fore mihi credam, et quam venalem,
 hodie experiar.

Facite hodie, ut mihi munera multa huc ab amato-
 ribus conveniant:

Nam ni hodie penus annuos convenit, cras populo
 prostituam vos.

Diem natalem hunc mi esse scitis: ubi isti sunt,
 quibus vos oculi estis, 175

Quibus

Quibus vitae, quibus deliciae, quibus savia, mam-
millae mellitae?

Manipulatim munerigeruli facite ante aedis iam hic
mihi adsint!

Cur ego vestem aurum atque ea, quibus vobis usus
est, praehibeo?

Quid domi, nisi malum, vostra opera est, improbae,
vino modo cupidae?

Eo vos vestros panticesque adeo madefacitis, quom
ego sim siccus. 180

Nunc adeo hoc factu est optimum, ut nomine quam-
que adpellem suo: i. t.

Ne dictum esse actutum sibi quaequam vostrarum
mihi neget.

Advortite animum cunctae! i. d. c.

Principio, Hedylium, tecum ago, quae amica es
frumentariis, i. t.

Quibus cunctis montes maximi acervati frumenti
sunt domi: 185

Fac, sis, sit delatum huc mihi frumentum, hunc an-
num quod satis

Mi et familiae omni sit meae, atque adeo ut fru-
mento adfluam:

Vt civitas nomen mihi conmutet meque ut praedicet
Lenone ex Ballione regem Iasonem. i. s.

CALLIDORVS.

Audin', furcifer quae loquitur? satin' magnificus tibi
videtur? t. t. 190

PSEVDOLVS.

Pol istic, atque etiam malificus. Sed tace atque
hanc rem gere. t. t. c.

BALLIO.

Aeschrodora, tu, quae amicos tibi habes lenonum
aemulos

Lanios, qui item ut nos iurando iure malo rem
quaerunt, audi! t. t.

Nisi carnaria tria gravida tergoribus oneri uberi hodie
Mihi erunt: cras te, quasi Dircam olim, ut memo-
rant, duo gnati Iovis t. t. c. 195

Devinxere ad taurum, item hodie stringam ad
carnarium. Id

Tibi profecto taurus fiet.

PSEVDOLVS.

Nimis sermone huius ira incendor! t. t.
Huccine hic hemonem colere pati iuventutem Atti-
cam? t. t. c.

Vbi sunt, ubi latent, quibus aetas integra, qui amant
a lenone? t. t.

Quin conveniunt? quin una omnes peste hac popu-
lum liberant? t. t. c. 200

Sed nimis sum stultus, nimium indoctus fui, ne id
audeant

Illi facere, quibus ut serviant, amor cogit suos,
Simul prohibet faciant advorsum eos, quod volunt.

CALLIDORVS.

Vah, tace.

PSEVDOLVS.

Quid est?

CALLIDORVS.

Male morigerus male facis mihi, quom sermone
huic obsonas.

PSEVDOLVS.

Taceo.

CALLIDORVS.

At taceas malo multo, quam tacere dicas.

BALLIO.

Tu autem, t. t. 205

Xystylis, fac ut animum advortas, quoniam amatores
olivi

Dynamini domi habent maximam. t. d.

Si mihi non culleis iam huc olivom deporta-
tur: t. t.

Te ipsam culleo ego cras faciam ut deportere in
pergulam. t. t. c.

Ibi tibi adeo lectus dabitur, ubi tu haud somnum
capias; as. ex t. d. et i. d. c. 210

Sed ubi usque ad languorem . . . Tenes, quor-
sum haec tendant, quae loquor?
as. ex t. d. et i. d. br.

En, excetra tu, quae tibi amicos tot habes tam pro-
be oleo onustos, t. t.

Num hodie tua tuorum est quoniam opera conser-
vorum

Nitidiusculum caput, aut num ipse ego pulmento
magis t. t. c.

Vtor unctiusculo! Sed scio: tu oleum haud magni
pendis; as. ex t. d. et i. d. c. 215

Vino ted ungis. Sine modo: reprendam ego cun-
cta hercle una opera,

Nisi quidem hodie tu omnia facis, scelestas, haec,
ut loquor! as. ex t. d. et i. d. br.

Tu autem, quae pro capite argentum mihi iam iam-
que saepe numeras t. t.

Et pacisci modo scis, sed, quae pacta es, non scis
solvere t. t. c.

(Tibi, Phoenicium, ego haec loquor, deliciae sum-
 matum virum), 220
 Nisi hodie mi ex fundis tuorum amicorum omne
 huc penus adfertur: t. t.
 Cras Phoenicium phoenicio corio invises pergulam.
 t. t. c.

CALLIDORVS. PSEVDOLVS. BALLIO.

CALLIDORVS.

Pseudole, non audis, quae hic loquitur?

PSEVDOLVS.

Audio, here, equidem atque animum
 advorto. t. t. I, 3.

CALLIDORVS.

Quid mi es auctor huic ut mittam, ne amicam hic
 meam prostituat?

Bene curassis.

PSEVDOLVS.

Liquido es animo: ego pro me et pro te curabo. 225
 Iam diu ego huic et hic mihi volumus bene et ami-
 citia est antiqua.

Mittam hodie huic suo die natali rem malam ma-
 gnam et maturam.

CALLIDORVS.

Quin opus est.

PSEVDOLVS.

Potin', aliam rem ut cures?

CALLIDORVS.

At . . .

PSEVDOLVS.

Bat.

CALLIDORVS.

Crucior!

PSEVDOLVS.

Cor dura.

CALLIDORVS.

Non possum.

PSEVDOLVS.

Fac possis.

CALLIDORVS.

Quonam pacto possim vincere animum?

PSEVDOLVS.

In rem quod sit, praevortaris, quamde re advorsa
animo auscultes. 230

CALLIDORVS.

Nugae istaec sunt: non iucundum est, nisi amans
facit stulte.

PSEVDOLVS.

Pergin'?

CALLIDORVS.

O mi Pseudole, sine sim nihili! mitte me, sis!

PSEVDOLVS.

Sine modo ego abeam.

CALLIDORVS.

Mane, mane: iam, uti voles med esse, ita ero.

PSEVDOLVS.

Nunc tu sapis. t. t. c.

BALLIO.

It dies! ego mihi cesso. I prae, puere.

CALLIDORVS.

Heus, abit! Quin revocas? t. t.

PSEVDOLVS.

Quid properas? Placide!

CALLIDORVS.

At priusquam abeat.

BALLIO.

Quod hoc malum? tam placide is, puere! 235

PSEVDOLVS.

Hodie nate, heus, hodie nate! tibi ego dico! heus,
hodie nate!

Redi et respice ad nos! Tametsi occupatus, b. t.
Moramur. Mane; sunt, conloqui qui volunt te.

BALLIO.

Quid hoc est? quis est, qui moram occupato as.
ex b. d. et i. h.

Molestam obtulit?

CALLIDORVS,

Qui tibi sospitalis 240

Fuit,

BALLIO.

Mortuost, qui fuit; qui est, vivost.

PSEVDOLVS.

Nimis superbe!

BALLIO.

Nimis molestus!

CALLIDORVS,

Reprehende hominem! adsequere!

BALLIO.

I, puere!

PSEVDOLVS,

Hac t. t.

Occedamus obviam,

t. d. c.

BALLIO.

Iupiter te perdat, quisquis!

PSEVDOLVS.

Te volo.

BALLIO.

At vos nolo ego ambos. t. t.

Vorte hac, puere!

PSEVDOLVS.

Non licet te conloqui?

BALLIO.

At mihi non lubet. t. t. c. 245

CALLIDORVS.

Sin tuam est quidpiam in rem?

BALLIO.

Licetne, obsécro, c. t.

Bitere, an non licet?

c. d.

PSEVDOLVS.

Vah, mantá!

BALLIO.

Omitte!

CALLIDORVS.

Ballio, áudi!

BALLIO.

Surdus sum. i. s.

Profecto inanilogistae.

i. d. c.

CALLIDORVS.

Dedi, dum fuit.

BALLIO.

Non peto, quod dedisti. b. t. 250

CALLIDORVS.

Dabo, quando erit.

BALLIO.

Ducito, quando habebis.

CALLIDORVS.

Eheu, quam ego malis perdididi modis, as. ex b. d. et i.
Quod tibi detuli et quod dedi!

BALLIO.

Mortuae c. t.

Verba re nunc facis. Stultus es: rem actam agis.

PSEVDOLVS.

Nosce saltem hunc, quis est. c. d. 255

BALLIO.

Iam diu scio, qui fuit; nunc qui is est, ipse sciat.

Ambula tu. as ex t. d. et i. d. c.

PSEVDOLVS.

Potin', uti semel modo, Ballio, huc cum lucro respicias?

BALLIO.

Respiciam istoc pretio: nam si sacrificem summo Iovi t. t. c.

Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci

Si lucri quid detur: potius rem divinam deseram. 260

Non potest pietati obsisti huic. Vtiuti res sunt ceterae:

Compellabo. — Salve multum, serve Athenis pesome.

PSEVDOLVS.

Di te deaque ament vel huius arbitrato vel meo;
Vel, si dignus alio pacto, neque ament neque faciant bene.

CALLIDORVS.

Deos quidem, quos maxime aequom est metuere, eos minimi facit. 265

BALLIO.

Quid agitur, Callidore?

CALLIDORVS.

Amatur atque egetur acriter. i. v.

BALLIO.

Misereat, si familiam alere possim misericordia. t. t. c.

PSEVDOLVS.

Heia, scimus nos quidem te, qualis sis: ne praedices.

Sed scin', quid nos volumus?

BALLIO.

Pol ego propemodum: ut male sit mihi.

PSEVDOLVS.

Et id et hoc, quod te revocamus, quaeso, animum advorte.

BALLIO.

Audio; 270

Atque in pauca, ut occupatus nunc sum, confer, quid velis.

PSEVDOLVS.

Hunc pudet, quod tibi promisit, quaque id promisit die:

Quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit.

BALLIO.

Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget:

Non dedisse, istunc pudet; me, quia non accepi, piget. 275

PSEVDOLVS.

At dabit, parabit. Aliquot hos dies manta modo:

Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam.

BALLIO.

Fuit occasio, si vellet, iampridem argentum ut daret.

CALLIDORVS.

Quid, si non habivi?

BALLIO.

Amabas. Invenires mutuom,

Ad danistam devenires, adderes foenusculum, 280

Subriperes patri,

PSEVDOLVS.

Subriperet hic patri, audacissime?

Non periculum est, ne quid recte monstres.

BALLIO.

Non lenonium est.

CALLIDORVS.

Egon' patri subripere possim quidquam, tam cauto seni?

Atque adeo, si facere possim, pietas prohibet.

BALLIO.

Audio.

Pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phoenicio.

285

Sed quoniam pietatem amori video tuo praevertere:

Omnes homines tibi patres sunt? nullus est tibi,

quem roges

Mutuom argentum?

CALLIDORVS.

Quin nomen quoque iam interiit Mutuom.

PSEVDOLVS.

Heus tu, postquamde hercule isti a mensa surgent

saturi, poti, t. t.

Qui suom repetunt, alienum reddunt nato nemini:

t. t. c. 290

Ab alienis cautiores sunt, ne credant alteri.

CALLIDORVS.

Nimis miser sum; numum nusquam reperire argenti
queo:

Ita miser et amore pereo et inopia argentaria.

BALLIO.

Eme die coeca hercle olivom; id vendito oculata die:
Iam hercle vel ducentae fieri possunt praesentes
minae. 295

CALLIDORVS.

Perii, an non tum lex me perdit quina vicennaria?
Metuont credere omnes.

BALLIO.

Eadem est mihi lex; metuo credere.

PSEVDOLVS.

Credere autem? Eho, poenitet te, quanto hic fue-
rit usui?

BALLIO.

Non est iustus quisquam amator, nisi, qui perpetuat
data
Datque usque, et quando nihil sit, simul amare de-
sinit. 300

CALLIDORVS.

Nilne mei miseret te?

BALLIO.

Inanis cedis; dicta non sonant,
Atque ego te vivom salvomque vellem.

PSEVDOLVS.

Eho, an iam mortuost?

BALLIO.

Vtut est, mihi quidem profecto cum istis dictis
mortuost.

Eloco vixit amator, ubi lenoni neplacet.

Semper tu ad me cum argentata accedito queri-
monia: 305

Nam istoc, quod nunc lamentare, non esse argen-
tum tibi,

Apud novercam querere.

PSEVDOLVS.

Eho, an unquam tu huius nupsisti patri?

BALLIO.

Di melius faciant!

PSEVDOLVS.

Fac hoc, quod te rogamus, Ballio,
Mea fide, si isti formidas credere: ego in hoc triduo
Aut terra aut marid alicunde evolvam id argentum
tibi. 310

BALLIO.

Tibi ego credam?

PSEVDOLVS.

Cur non?

BALLIO.

Quia pol, qua opera credam tibi,
Vna opera adligem canem fugitivam agninis lactibus.

CALLIDORVS.

Siccine mi abs te bene merenti male refertur gratia?

BALLIO.

Quid nunc vis?

CALLIDORVS.

Vt opperiare hos sex dies saltem modo,
Ne illam vendas neu me perdas hominem amantem.

BALLIO.

Animo bono es: 315

Vel sex mensis opperibor.

CALLIDORVS.

Euge, homo lepidissime!

BALLIO.

Imo vin' etiam te faciam ex laeto laetantem magis?

CALLIDORVS.

Quid iam?

PSEVDOLVS.

Quid iam?

BALLIO.

Quia enim non venalem habeo Phoenicium.

CALLIDORVS.

Non habes?

BALLIO.

Non hercle vero.

CALLIDORVS.

O Pseudole, arcesse hostias,
Victimas, lanios: ut ego huic sacrificem summo Iovi:

320

Nam hic mihi nunc est multo potior Iupiter, quam
Iupiter.

BALLIO.

Nolo victimas; minimis med extis placari volo.

CALLIDORVS.

Propera, quid stas? arcesse agnos! Audin', quid
ait Iupiter?

PSEVDOLVS.

Iam hic ero; verum extra portam Metiam curren-
dum est prius.

CALLIDORVS.

Quid eo?

PSEVDOLVS.

Lanios inde arcessam duo cum tintinnabulis; 325

Eadem duo greges virgarum inde ulmearum ad-
gero:

Vt hodie ad litationem huic suppetat satias Iovi.
In malam crucem istic ibit Iupiter lenonius.

BALLIO.

Ex tua re non est, ut ego ecmoriar.

PSEVDOLVS.

Quidum?

BALLIO.

Ego dicam tibi:

Quia edepol dum ego vivos vivam, nunquam eris
— frugi bonae. 330

PSEVDOLVS.

Ex tua re non est, ut ego ecmoriar.

BALLIO.

Quidum?

PSEVDOLVS.

Sic: quia,

Si ego ecmortuos sim, Athenis te sit nemo nequior.

CALLIDORVS.

Dic mihi, obsecro hercle, verum serio hoc, quod
te rogo:

Non habes venalem amicam tu meam Phoenicium?

BALLIO.

Non edepol habeo profecto: nam iampridem ven-
didi. 335

CALLIDORVS.

Quomodo?

BALLIO.

Sine ornamentis, cum intestinis omnibus.

CALLIDORVS.

Meam tu amicam vendidisti?

BALLIO.

Valde; viginti minis.

CALLIDORVS.

Viginti minis?

BALLIO.

Vtrum vis, vel quater quinis minis,
Militi Macedonio. Et iam quindecim habeo minas.

CALLIDORVS.

Quid, quid, quid ego ex ted audio?

BALLIO.

Amicam tuam esse factam argenteam. i. t. 340

CALLIDORVS.

Cur id ausus facere?

BALLIO.

Lubuit: mea fuit.

CALLIDORVS.

Eho, Pseudole, t. t. c.

I, gladium adfer

PSEVDOLVS.

Quid opus gladio?

CALLIDORVS.

Qui istunc occidam atque me.

PSEVDOLVS.

Quin tu ted occidis potius? nam hunc fames iam
occiderit.

CALLIDORVS.

Quid ais, quantum in terra degit, hominum periu-
rissime?

Iuravistin', te illam nulli venditurum, nisi mihi? 345

BALLIO.

Fateor.

CALLIDORVS.

Nempe conceptis verbis.

BALLIO.

Etiam consultis quoque.

CALLIDORVS.

Periuravisti, sceleste!

BALLIO.

At argentum intro condidi.

Ego scelestus nunc argentum promere potis sum
domo;

Tu, qui pius es, istoc genere gnatus, numum non
habes.

CALLIDORVS.

Pseudole, adsiste altrinsecus atque hunc onera ma-
ledictis.

PSEVDOLVS.

Licet. 350

Nunquam ad praetorem aequae cursim curram, ut
emittar manu.

CALLIDORVS.

Ingere mala multa.

PSEVDOLVS.

Iam ego te differam dictis meis,

Inpudice!

BALLIO.

Ita est.

PSEVDOLVS.

Sceleste!

BALLIO.

Dicis vera.

PSEVDOLVS.

Verbero!

BALLIO.

BALLIO.

Quippini?

CALLIDORVS.

Bustirape!

BALLIO.

Certe.

CALLIDORVS.

Furcifer!

BALLIO.

Factum optume!

CALLIDORVS.

Sociofrude!

BALLIO.

Sunt mea, eccista.

PSEVDOLVS.

Parricida!

BALLIO.

Perge tu. 355

PSEVDOLVS.

Sacrilege!

BALLIO.

Fateor.

CALLIDORVS.

Periure!

BALLIO.

Vetera vaticinamini.

CALLIDORVS.

Legirupa!

BALLIO.

Valide.

PSEVDOLVS.

Pernicies adolescentum!

BALLIO.

Acerrume.

CALLIDORVS.

Fur!

BALLIO.

Babae!

PSEVDOLVS.

Fugitive!

BALLIO.

Bombax!

CALLIDORVS.

Fraus popli!

BALLIO.

Planissume.

PSEVDOLVS.

Fraudente!

CALLIDORVS.

Inpure leno!

PSEVDOLVS.

Coenum!

BALLIO.

Cantores probos!

CALLIDORVS.

Verberavisti patrem atque matrem.

BALLIO.

Atque occidi quoque 360
 Potius, quam cibum praeberem. Num peccavi
 quidpiam?

PSEVDOLVS.

In pertusum ingerimus dicta dolium; operam ludimus.

BALLIO.

Numquid alium me etiam voltis dicere?

CALLIDORVS.

Ecquid te pudet?

BALLIO.

Ted amatorem esse inventum inanem, quasi cassam
nucem.

Sed quamquam multa malaque in me dicta dixistis
modo: 365

Nisi mihi iam attulerit miles quinque, quas debet,
minas,

Sicut haecce praestituta summa est argento dies,
Si is non aderit, posse opinor facere ego officium
meum.

CALLIDORVS.

Quid id est?

BALLIO.

Si tu argentum attuleris: cum illo perdidere-
rim fidem.

Hoc meum est officium. Ego, operae si sit, plus
tecum loquar; 370

Sed sine argento frustra est, quod me tui misereri
postulas.

Haec mea est sententia, ut tu hinc porro, quid agas,
consulas.

CALLIDORVS.

Iamne abis?

BALLIO.

Negoti nunc sum plenus: paulo post magis. —

PSEVDOLVS.

Illic homo meus est! nisi omnes di me atque ho-
mines deserunt:

Exossabo ego illunc simulter itidem, ut muraenam
 cocus. 375

Sed nunc, Callidore, operam te mihi volo dare?

CALLIDORVS.

Ecquid imperas?

PSEVDOLVS.

Hoc ego oppidum admoenire, ut hodie capiatur,
 volo.

Ad eam rem usust hominem astutum doctum sci-
 tum et callidum,

Qui imperata efecta reddat; non, qui vigilans dor-
 miat.

CALLIDORVS.

Cedo mihi, quid es factururus?

PSEVDOLVS.

Temperi ego faxo scies: 380

Nolo bis iterari: sat sic longae fiunt fabulae.

CALLIDORVS.

Optimum atque aequissimum oras.

PSEVDOLVS.

Propera! adduc hominem cito!

Pauci sunt amici ex multis homini qui certi sient.

CALLIDORVS.

Ego scio istuc.

PSEVDOLVS.

Ergo utrimque tibi nunc delectum para:

Ex illis exquaere multis unum, qui certus siet. 385

CALLIDORVS.

Iam hic faxo aderit.

PSEVDOLVS.

Potin', ut abeas? tibi moram dictis creas.

P S E V D O L V S.

Postquam ille hinc abiit: tu adstas solus, Pseudole!
i. s. I, 4.

Quid nunc acturus, postquam herili filio
Largitus dictis dapsilis? ubi sunt ea?
Quoi neque parata gutta certi consili 390
Neque adeo argenti; neque nunc, quid faciam, scio,
Neque, exordiri primum unde occipias, habes,
Neque detexundam ad telam certos terminos.
Sed quasi poëta, tabulas quom cepit sibi,
Quaerit, quod nusquam est gentium, reperit ta-
men; 395

Facit illud verisimile, quod mendacium est:
Nunc ego poëta fiam: viginti minae
Quae nusquam nunc sunt gentium, inveniam tamen!
Atque huic iampridem ego me daturum dixeram,
Ac volui iniicere tragulam in nostrum senem; 400
Verum is nescio quo pacto praesensit prius.
Sed conprimenda est mihi vox atque oratio:
Herum eccum Simonem videod huc una simul
Cum suo vicino Calliphone incedere.
Ex hoc sepulcro vetere viginti minas 405
Ecfodiam ego hodie, quas dem herili filio.
Nunc huc concedam: ut horunc sermonem legam.

S I M O. C A L L I P H O. P S E V D O L V S.

S I M O.

Si de damnosis aut si de amatoribus i. s. I, 5.
Dictator fiat nunc Athenis Atticis:

Nemo antecedit filio, credo, meo: 410

Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus,
Eum velle amicam liberare et quaerere
Argentum ad eam rem. Hoc alii mihi renuntiant,
Atque id iam pridem sensi et subolet mihi.

PSEVDOLVS.

Occisa est haec res; haeret hoc negotium! 415

Quo conneatum volui in argentarium
Proficisci, ibi nunc oppido obsepta est via.
Praesensit: nihil est praedae praedatoribus.

CALLIPHO.

Homines qui gestant quique auscultant crimina,
Si meo arbitrato liceat, omnes pendeant, 420

Gestores linguis, auditores auribus.
Nam istaec, quae tibi renuntiantur, filium
Te velle amantem argento circumducere,
Forsitan ea tibi dicta sunt mendacia;

Sed si vera ea sunt, ut nunc mos est, maxume: 425
Quid mirum fecit, quid novom, adulescens homo,
Si amat, si amicam liberat?

PSEVDOLVS.

Lepidum senem!

SIMO,

Vetus nolo faciat.

CALLIPHO,

At enim nequidquam nevis,

Vel tu ne faceres tale in adulescentia!
Probum patrem esse oportet, qui gnatum suom 430
Esse probiorem, quam ipse fuerit, postulet.
Nam tu quod damni et quod fecisti flagiti,
Populo viritim potuit dispartirier.
Idne tu miraris, si patrisat filius?

PSEVDOLVS.

Ω Ζεῦ, quam pauci estis homines commodi! 435
 Hem, illac est patrem esse, ut aequom est, filio!

SIMO.

Quis hic loquitur? Meus quidem hic est servos Pseudolus.
 Hic mihi conrumpit filium, scelerum caput;
 Hic dux, hic illi est paedagogus: hunc ego
 Cupio excruciaciari.

CALLIPHO.

Iam istaec insipientia est, 440
 Sic iram in promptu gerere. Quanto satius est
 Adire blandis verbis atque exquaerere,
 Sint illa necne sint, quae tibi renuntiant?
 Bonus animus in mala re dimidium est mali.

SIMO.

Tibi auscultabod.

PSEVDOLVS.

Itur ad te, Pseudole: 445

Orationem tibi para advorsus senem. —
 Herum saluto primum, ut aequom est; postea,
 Si quid superfit, vicinos inpartio.

SIMO.

Salve. Quid agitur?

PSEVDOLVS.

Statur hic ad hunc modum.

SIMO.

Statum vide hominis, Callipho, quam basilicum! 450

CALLIPHO.

Bene confidenterque adstitisse intellego.

PSEVDOLVS.

Decet innocentem, qui sit, atque innoxium
 Servom superbum esse apud herum potissimum.

CALLIPHO.

Sunt, quae te volumus percontari, quae quasi
Per nebulam nosmet scimus atque audivimus. 455

SIMO.

Conficiet iam te hic verbis: ut tu censeas
Non Pseudolum, sed Socratem, tecum loqui.

PSEVDOLVS.

Ita est. Iampridem tu me spernis, sentio;
Parvam esse apud te mihi fidem, ipse intellego;
Cupis, me esse nequam: tamen ero frugi bonae. 460

SIMO.

Fac, sis, vacivas, Pseudole, aedis aurium:
Mea ut migrare dicta possint, quo volo.

PSEVDOLVS.

Age, loquere quidvis, tametsi tibi suscenseo.

SIMO.

Mihin' domino servos tu suscenses?

PSEVDOLVS.

Nam tibi

Mirum id videtur?

SIMO.

Hercle qui, ut tu praedicas, 465
Cavendum est mi abs te irato, haudque alio tu modo
Me verberare, atque ego te soleo, cogitas.

CALLIPHO.

Quid censes? Edepol merito esse iratum arbitror,
Quom apud te stet parum fides.

SIMO.

Iam sic sino:

Iratus sit; ego, ne quid noceat, caverò. 470
Sed quid ais? quid hoc, quod te rogo?

PSEVDOLVS.

Si quid vis: roga.

Quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.

SIMO.

Advorte ergo animum et fac sis promissi memor.

Quid ais? ecquam scis filium tibicinam

Meum amare

PSEVDOLVS.

Ναι γάρ.

SIMO.

Liberare quam velit? 475

PSEVDOLVS.

Και τῆτο ναί γάρ.

SIMO.

Ecquas viginti minas

Per sycophantiam atque per doctos dolos

Paritas ut auferas a me?

PSEVDOLVS.

Abs te ego auferam?

SIMO.

Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet?

Fatere? Dic.

PSEVDOLVS.

Και τῆτο ναί! και τῆτο ναί! 480

SIMO.

Fatetur! Dixin', Callipho, dudum tibi?

CALLIPHO.

Memini.

SIMO.

Cur haec, ubi tu rescivisti eloco,

Celata me sunt? cur non rescivi?

PSEVDOLVS.

Eloquar:

Quia nolebam ex me morem progigni malum,
Herilem ut servos criminaret apud herum. 485

SIMO.

Iuberen' hunc praecipitem in pistrinum trahi?

CALLIPHO.

Numquid, Simo, peccatum est?

SIMO.

Imo maxume.

PSEVDOLVS.

Desiste: recte ego rem meam sapio, Callipho.
Peccatan' ea sunt? Animum advorte nunc iam,
Quapropter nati amoris te expertem habuerim. 490
Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.

SIMO.

Non a me scibas pistrinum in mundo tibi,
Quom ea mussitas?

PSEVDOLVS.

Scibam.

SIMO.

Cur non dictum est mihi?

PSEVDOLVS.

Quia illuc malum aderat, istuc aberat longius;
Illud erat praesens, huic erant dieculae. 495

SIMO.

Quid nunc agetis? nam hinc quidem a me non potest
Argentum auferri, qui praesertim senserim.
Ne quisquam credat numum, iam edicam omnibus.

PSEVDOLVS.

Nunquam edepol quoiquam supplicabo, dum qui-
dem

Tu viues: tu mihi hercule argentum dabis: 500
Abs te equidem sumam.

SIMO.

Tu a me sumes?

PSEVDOLVS.

Strenue.

SIMO.

Excludito mi hercle oculum, si dedero!

PSEVDOLVS.

Dabis.

Iam dico, ut a me caveas.

CALLIPHO.

Certe edepol scio:

Si abstuleris, mirum et magnum facinus feceris.

PSEVDOLVS.

Faciam.

SIMO.

Si non abstuleris?

PSEVDOLVS.

Virgis caedito. 505

Sed quid, si abstulero?

SIMO.

Do Iovem testem tibi,

Te aetatem inpune habiturum.

PSEVDOLVS.

Facito, ut memineris.

SIMO.

Egon' ut cavere nequeam, quoi praedicitur?

PSEVDOLVS.

Praedico, ut caveas. Dico, inquam, ut caveas.

Cave.

Hem, istis mihi tu hodie manibus argentum dabis! 510

CALLIPHO.

Edepol mortalem graphicum, si servat fidem!

PSEVDOLVS.

Servitum tibi me abducito, ni fecero.

CALLIPHO.

Bene atque amice dicis.

SIMO.

Nam nunc iam meust.

PSEVDOLVS.

Vin' etiam dicam, mage quod vos miremini?

CALLIPHO.

Studeo hercle audire: nam ted ausculto lubens. 515

SIMO.

Agedum: nam satis lubenter te ausculto loqui.

PSEVDOLVS.

Priusquam istanc pugnam pugnabo ego, etiam prius

Dabo aliam pugnam claram et commemorabilem.

SIMO.

Quam pugnam?

PSEVDOLVS.

Hem, ab hoc lenone vicino tuo

Per sycophantiam atque per doctos dolos 520

Tibicinam illam, tuos quam gnatus deperit,

Ea circumducam lepide lenonem.

SIMO.

Quid est?

PSEVDOLVS.

Efectum hoc hodie reddam utrumque ad vespe-
rum.

SIMO.

Si quidem istaec opera, ut praedicas, perfeceris:

Virtute regid Agathocli antecesseris. 525

Sed si non faxis: numquid causae est, eloco
Quin te in pistrinum condam?

PSEVDOLVS.

Non unum diem;
Verum hercle in omnis, quantum est. Sed si ec-
fecero:

Dabin' mi argentum, quod dem lenoni, eloco
Tua voluntate?

CALLIPHO.

Ius bonum orat Pseudolus: 530

Dabo, inque.

SIMO.

At enim scin', quid mihi in mentem venit?
Quid si hice inter se consenserunt, Callipho,
Aut de compacto faciunt consutis dolis,
Qui argento circumvortant?

PSEVDOLVS.

Quis me audacior,
Si facinus istuc audeam? Imo si sumus 535
Compacti sive consilium unquam inivimus,
Aut si de ea re unquam inter nos convenimus:
Quasi in libro quom scribuntur calamo literae,
Stilis me totum usque ulmeis conscribito.

SIMO.

Indice ludos nunc iam, quando lubet. 540

PSEVDOLVS.

Da in hunc diem operam, Callipho, quaeso, mihi:
Ne quo te ad aliud occupes negotium.

CALLIPHO.

Quin, rus uti irem, iam heri constitueram

PSEVDOLVS.

At nunc disturba, quas statuisti, machinas.

CALLIPHO.

Nunc non abire certum est istac gratia: 545
 Lubido est ludos tuos spectare, Pseudole.
 Et si hunc videbo non dare argentum tibi,
 Quod dixit: potius quam id non fiat, ego dabo.

SIMO.

Non demutabo.

PSEVDOLVS.

Namque edepol, si non dabis,
 Clamore magno et multum flagitabere. 550
 Agite, amolimini hinc vos intro nunc iam
 Ac meis vicissim date locum fallaciis.

SIMO.

Fiat.

CALLIPHO.

Geratur mos tibi.

PSEVDOLVS.

Sed te volo

Domi usque adesse.

SIMO.

Quin tibi hanc operam dico.

CALLIPHO.

At ego ad forum ibo. Iam hic adero.

SIMO.

Actutum redi. 555

PSEVDOLVS.

Suspicio est mihi, nunc vos suspicariet,
 Me idcirco haec tanta facinora promittere,
 Qui vos oblectem, hanc fabulam dum transigam,
 Neque sim facturus, quod facturum dixeram.
 Non demutabo. Atque etiam certum, quod sciam, 560
 Quo sim facturus pacto, nil etiam scio,

Nisi quia facturum est. Nam qui in scenam pro-
venit

Nove, novom aliquid inventum adferre addecet.

Si id facere nequeat: det locum illi, qui queat.

Concedere aliquantisper hinc mi intro libet, 565

Dum concenturio in corde sycophantias.

Tibicen vos interea hic delectaverit.

P S E V D O L V S.

Proh Iupiter, i. cl. II, 1.

Vt mihi, quidquid ago, lepided omnia prospereque
eveniunt! t. t.

Neque quod dubitem, neque quod timeam, in pe-
ctore conditum est consilium! 570

Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cordi
credere: t. t. c.

Nam omnes res perinde sunt, ut agas, ut eas ma-
gnifacias.

Nam ego in meo pectore prius ita as. cat. ex 2. i. h.

Paravi copias duplicis

Triplicis dolos, perfidias: ubicunque as. ex 2. i. h. 575

Cum hostibus congregiar (maiorum meorum

Fretus virtute dicam), mea industria et c. t.

Malitia fraudulenta c. d. h.

Facile ut vincam, facile ut spoliem meos perduellis
nteis perfidiis. t. t.

Nunc inimicum ego hunc communem meum atque
vostorum omnium, t. t. c. 580

Ballionem, exballistabo lepide. Date operam modo.

Hoc ego oppidum admoenire, ut hoc die capiatur,
 volo
 Atque ad hoc meas legiones adducam. Si hoc ex-
 pugno: as. ex t. d. et i. d. c.
 Facilem ego hanc rem civibus meis faciam. Post
 ad oppi-
 dum hoc vetus continuo mecum exercitum proti-
 nus obducam. 585
 Inde me et simul participes omnis meos praeda
 onerabo atque opplebo. t. t.
 Metum et fugam perduellibus meis as. ex 2 i. h.
 Iniiciam: med esse uti sciant natum,
 Quo sum genere gnatus. Magna me facinora decet
 ecficere, t. t.
 Quae post mihi clara et diu clueant. t. d. 590
 Sed hunc, quem video, quis hic est, qui oculis
 as. ex 2 i. h.
 Meis obviam ignorabilis obicitur?
 Lubet scire, quid hic velit cum machaera
 Et hic quam rem agat. Dabo hinc insidias.

H A R P A X. P S E V D O L V S.

H A R P A X.

Hi loci atque hae sunt regiones, quae mi ab hero
 sunt demonstratae, t. t. II, 2. 595
 Vt ego oculis rationem capio, quam mi ita dixit
 herus meus, miles,
 Septimas a porta esse aedis, ubi leno ille habitat,
 quoi iussit

Symbo-

Symbolum me ferre et hoc argentum. t. d.
 Nimis velim, certum qui id faciat mihi, ubi Ballio
 leno hic habitat! t. t.

PSEVDOLVS.

St, tace, tace! Meus hic est homo, ni omnes di
 atque homines deserunt! t. t. c. 600
 Novo consilio nunc mihi opus est: nova res subito
 mi haec obiecta est. t. t.
 Hoc praevortar principio; omnia missa habeo, quae
 ante agere ocepi.
 Iam pol ego hunc stratioticum nuntium advenien-
 tem probe percutiam!

HARPAX.

Ostium pultabo atque intus evocabo aliquem foras.
 t. t. c.

PSEVDOLVS.

Quisquis es, compendium ego te facere pultandi
 volo: 605
 Nam ego precator et patronus foribus processi foras.

HARPAX.

Tunc es Ballio?

PSEVDOLVS.

Imo vero ego eius sum Subballio.

HARPAX.

Quid istuc verbi est?

PSEVDOLVS.

Condu, promus sum, procurator peni.

HARPAX.

Quasi te dicas atriensem.

PSEVDOLVS.

Imo atriensi ego impero.

HARPAX.

Quid tu? servosne es, an liber?

PSEVDOLVS.

Nunc quidem etiam servio. 610

HARPAX.

Ita videre et non videre dignus, qui liber sies.

PSEVDOLVS.

Non soles respicere te, quom dicas iniuste alteri?

HARPAX.

Hunc hominem malum esse oportet.

PSEVDOLVS.

Di me servant atque amant:

Nam haec mihi incus est: procudam ego hodie hinc
multos dolos.

HARPAX.

Quid illic secum solus loquitur?

PSEVDOLVS.

Quid ais tu, adulescens?

HARPAX.

Quid est? 615

PSEVDOLVS.

Esne tu, an non es? ab illo milite es Macedonio,
Servos eius, qui hinc a nobis est mercatus mulierem,
Qui hero meo lenoni argenti quindecim dederat
minas,

Quinque debet?

HARPAX.

Sum. Sed ubi tu me novisti gentium

Aut vidisti aut conlocutus? nam equidem Athenas
antidhae 620

Nunquam adveni neque te vidi ante hunc diem un-
quam oculis meis.

PSEVDOLVS.

Quia videre inde esse: nam olim, quom abit, ar-
 gento haec dies
 Praestituta est, quoad referret nobis, neque dum
 retulit.

HARPAX.

Imo adest.

PSEVDOLVS.

Tun' attulisti?

HARPAX.

Egomet.

PSEVDOLVS.

Quid dubitas dare?

HARPAX.

Tibi ego dem?

PSEVDOLVS.

Mihi hercle vero, qui res rationes-
 que heri 625

Balli curo, argentum accepto, expenso et, quoi de-
 bet, dato.

HARPAX.

Si quidem hercle etiam supremi promptas thesauros
 Iovis:

Tibi libellam argenti nunquam credam.

PSEVDOLVS.

Dum tu strenuas,

Res erat soluta.

HARPAX.

Vinctam potius sic servavero.

PSEVDOLVS.

Vae tibi! tu inventus vero, meam qui furcilles fidem! 630
 Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier!

HARPAX.

Potest, ut alii ita arbitrentur et ego ut ne credam tibi. i. t.

PSEVDOLVS.

Quasi tu dicas, me te velle argento circumducere. t. t. c.

HARPAX.

Imo vero quasi tu dicas quasique ego autem id suspicer.

Sed quid est tibi nomen?

PSEVDOLVS.

Servos est huic lenoni Syrus; 635
Eum esse me dicam. — Syrus sum.

HARPAX.

Syrus?

PSEVDOLVS.

Id est nomen mihi. i. t.

HARPAX.

Verba multa facimus. Herus si tuos domi est, quin provocas,

Vt id agam, quod missus huc sum, quidquid est nomen tibi?

PSEVDOLVS.

Si intus esset: evocarem; verum si dare vis mihi: Mage solutum erit, quam si ipsi dederis.

HARPAX.

At enim scin', quid est? 640
Reddere hoc, non perdere, herus me misit. Nunc certo scio,
Hoc febrim tibi esse, quia non licet huc iniicere ungulas.

Ego, nisi ipsi Ballioni, numum credam nemini.

PSEVDOLVS.

At illic nunc negotiosus: res agitur apud iudicem.

HARPAX.

Di bene vortant! At ego, quando eum esse cen-
sebo domi, 645
Rediero. Tu epistolam hanc a me accipe atque illi
dato:

Nam istic symbolum est inter herum meum et tuom
de muliere.

PSEVDOLVS.

Scio equidem: ut, qui argentum adferret atque ex-
pressam imaginem
Huc suam ad nos, cum eo aiebat velle mitti mu-
lierem:

Nam hic quoque exemplum reliquit eius.

HARPAX.

Omnem rem tenes. 650

PSEVDOLVS.

Quid ego ni teneam?

HARPAX.

Dato istum symbolum ergo illi.

PSEVDOLVS.

Licet.

Sed quid est tibi nomen?

HARPAX.

Harpax.

PSEVDOLVS.

Apage te, Harpax! haud places.
Huc quidem hercle haud ibis intro: ne quid harpax
feceris.

HARPAX.

Hostis vivos rapere soleo ex acie : ex hoc nomen
mihi est.

PSEVDOLVS.

Pol te multo magis opinor vasa athena ex aedi-
bus. 655

HARPAX.

Non ita est. Sed scin', quid te orem, Syre?

PSEVDOLVS.

Sciam, si dixeris.

HARPAX.

Ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam
Apud anum illam doliarem, cludam, crassam, Chry-
sidem.

PSEVDOLVS.

Quid nunc vis?

HARPAX.

Inde ut me arcessas, herus tuos
ubi venerit

PSEVDOLVS.

Tuo arbitrato, maxime.

HARPAX.

Nam ut lassus veni de via: 660

Me volo curare.

PSEVDOLVS.

Sane sapis et consilium placet.

Sed vide, sis, ne in quaestione sis, quando arces-
sam, mihi.

HARPAX.

Quin, ubi pranderò, dabo operam somno.

PSEVDOLVS.

Sane censeo.

HARPAX.

Numquid vis?

PSEVDOLVS.

Dormitum ut abeas.

HARPAX.

Abeo.

PSEVDOLVS.

Atque (audin', Harpage?)

Iube, sis, te operiri: beatus eris, si consudaveris. 665

P S E V D O L V S.

Di immortales, conservavit me illic homo adventu
suo! t. t. c. II, 3.

Suo viatico reduxit me usque ex errore in viam!

Nam ipsa mihi Opportunitas non potuit opportunius
Advenire, quam haecce adlata est mi opportune epi-
stola:

Nam haec adlata cornucopiae est, ubi inest, quid-
quid volo: 670

Hic doli, hic fallaciae omnes, hic sunt sycophantiae,
Hic argentum, hic amanti amica herili filio.

Atque ego nunc (me ut gloriosum faciam, ut copi
pectore),

Quo modo quidque agerem, ut lenoni subriperem
mulierculam,

Iam instituta, ornata, cuncta in ordinem animo, ut
volueram, 675

Certa, deformata habebam; sed profecto hoc sic erit:
Centum doctum hominum consilia sola haec divin-
ciꝝ dea

Fortuna. Atque hoc verum est : proinde ut quis-
que fortuna utitur,
Ita praecellet atque exinde sapere eum omnes di-
cimus.

Bene ubi quod consilium discimus accidisse : ho-
minem catum 680

Esse eum declaramus ; stultum autem illum , quoi
vortit male.

Stulti haud scimus, frustra ut simus, quom quid cu-
pienter dari

Petimus nobis, quasi, quid in rem sit, possimus no-
scere.

Certa amittimus, dum incerta petimus; atque hoc
evenit

In labore atque in dolore, ut mors obrepat inte-
rim. 685

Sed iam satis est philosophatum; nimis diu et lon-
gum loquor.

Di immortales, aurichalco contra non carum fuit
Meum mendacium, hic modo quod subito commen-
tus fui,

Quia lenonis me esse dixi! Nunc ego hac epistola
Tris deludam, herum et lenonem et, qui hanc mihi
dedit epistolam. 690

Euge, par pari! Aliud autem, quod cupiebam, con-
tigit:

Venit eccum Callidorus; ducit nescio quem secum
simul.

CALLIDORVS. CHARINVS.
PSEVDOLVS.

CALLIDORVS.

Dulcia atque amara apud te sum elocutus omnia.
t. t. c. II, 4.

Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.

CHARINVS.

Conmemini omnia. Id tu modo, quid me vis fa-
cere, fac sciam. 695

CALLIDORVS.

Cum haec tibi alia, tum elocutus, ut sit res de symbolo.

CHARINVS.

Omnia, inquam: tu modo, quid me facere vis, fac
ut sciam.

CALLIDORVS.

Pseudolus mihi ita imperavit, ut aliquem hominem
strenuom,

Benevolentem, adducerem ad se.

CHARINVS.

Servas imperium probe:

Nam et amicum et benevolentem ducis. Sed istic
Pseudolus 700

Novos mihi est.

CALLIDORVS.

Nimum est mortalis graphicus; heuertes mihi est.
Is mihi haec esse efecturum dixit, quae dixi tibi.

PSEVDOLVS.

Magnifice hominem conpellabo.

CALLIDORVS.

Quoia vox sonat?

PSEVDOLVS.

Io, io,

Te, te, te, tyranne, te rogo, qui imperitas Pseudolo!
 Quaero, quoi ter trina triplicia tribus modis tria
 gaudia, 705

Artibus tribus ter demeritas dem laetitas, de tribus
 Fraude partas per malitiam et per dolum et falla-
 ciam.

In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.

CALLIDORVS.

Illic homo est.

CHARINVS.

Vt paratragoedat carnufex!

CALLIDORVS.

Confer gradum

Contra pariter.

PSEVDOLVS.

Porge audaciter ad salutem brachium. 710

CHARINVS.

Dic, utrumne, Spemne an Matrem, te salutem,
 Pseudole?

PSEVDOLVS.

Imo utrumque.

CHARINVS.

Vtrumque salve. Sed quid actum est? —
 Quid times?

Attuli hunc.

PSEVDOLVS.

Quid? attulisti?

CALLIDORVS.

Adduxi volui dicere.

PSEVDOLVS.

Quis istic est?

CALLIDORVS.

Charinus.

PSEVDOLVS.

Euge, iam χάριν οἰωνὸν ποιῶ! i. t.

CHARINVS.

Quin tu, quidquid opust, mi audacter imperas?

PSEVDOLVS.

Tam gratia est. t. t. c. 715

Bene siet, Charine! nolo, tibi molestos esse nos.

CHARINVS.

Vos molestos mihi? Molestum est id quidem.

PSEVDOLVS.

Tum tu igitur mane.

CHARINVS.

Quid istuc est?

PSEVDOLVS.

Epistolam hanc modo intercepi et symbolum. i. t.

CHARINVS.

Symbolum? quem symbolum?

PSEVDOLVS.

Qui a milite adlatust modo.

Eius servo, qui hunc ferebat cum quinque argenti
minis, 720Tuam qui amicam hinc arcessebat, eii os sublevi
modo.

CALLIDORVS.

Quomodo?

PSEVDOLVS.

Horum causa haec agitur spectatorum fabula:
Hi sciunt, qui hic adfuerunt; vobis post narravero.

CALLIDORVS.

Quid nunc agimus?

PSEVDOLVS.

Liberam hodie tuam amicam amplexabere.

CALLIDORVS.

Egone?

PSEVDOLVS.

Tute.

CALLIDORVS.

Ego?

PSEVDOLVS.

Ipsus, inquam, si quidem hoc vivet
caput; 725

Si modo mihi hominem invenietis propere

CHARINVS.

Qua facie?

PSEVDOLVS.

Malum

Callidum doctum, qui, quando principium prehen-
derit,

Porro sua virtute teneat, quid se facere oporteat;
Atque eum, qui hic non visitatus saepe sit.

CHARINVS.

Si servos est,

Numquid refert?

PSEVDOLVS.

Imo multo mavolo, quam liberum. 730

CHARINVS.

Posse opinor me dare hominem tibi malum et do-
ctum, modo

Qui a patre advenit Carysto nec dum ex aedibus exit
 Quoquam neque Athenas advenit unquam ante he-
 sternum diem.

PSEVDOLVS.

Bene iuvas. — Sed quinque inventis opus est ar-
 genti minis

Mutuis, quas hodie reddam: nam huius mihi debet
 pater. 735

CHARINVS.

Ego dabo: ne quaere aliunde.

PSEVDOLVS.

O hominem opportunum mihi!
 Etiam opust chlamyde et machaera et petaso.

CHARINVS.

Possum a me dare.

PSEVDOLVS.

Di immortales, non Charinus mi hic quidem est, sed
 Copia!

Sed istic servos, ex Carysto qui huc advenit, quid
 sapit? i. t.

CHARINVS.

Hircum ab alis.

PSEVDOLVS.

Manuleatam tunicam habere hominem decet. t. t. c. 740
 Ecquid habet homo iste aceti in pectore?

CHARINVS.

Atque acidissimi.

PSEVDOLVS.

Quid, si opus sit, dulce ut promat indidem? ecquid
 habet?

CHARINVS.

Rogas?

Murrhinam, passum, defrutum, melliniam, mel
quoiusmodi.

Quin in corde instruere quondam coepit thermo-
polium.

PSEVDOLVS.

Eugepae! lepide, Charine, meo me ludo lamberas. 745

Sed quod nomen esse dicam ego isti servo?

CHARINVS.

Simmiae.

PSEVDOLVS.

Scitne in re advorsa vorsari?

CHARINVS.

Turbo non aequè citust.

PSEVDOLVS.

Ecquid argutust?

CHARINVS.

Malorum facinorum saepissime.

PSEVDOLVS.

Quid, quom manifesto tenetur?

CHARINVS.

Anguilla est: elabitur.

PSEVDOLVS.

Ecquid is homo scitust?

CHARINVS.

Plebiscitum non est scitius. 750

PSEVDOLVS.

Probus homo est, ut praedicare te audio.

CHARINVS.

Imo si scias.

Vbi te adspexerit: narrabit ultro, quid sese velis.

Sed quid es acturus?

PSEVDOLVS.

Dicam. Vbi hominem exornavero:

Subditicium fieri ego illum militis servom volo;
 Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti
 minis; 755

Mulierem ab lenone abducatur. Hem tibi omnem fa-
 bulam!

Ceterum, quo quidque pacto faciat, ipsi dixero.

CALLIDORVS.

Quid nunc igitur stamus?

PSEVDOLVS.

Hominem cum ornamentis omnibus
 Exornatum adducite ad me iam ad trapezitam Ae-
 schinum.

Sed properate.

CHARINVS.

Prius illi erimus, quam tu.

PSEVDOLVS.

Abite ergo ocius. — 760

Quidquid incerti mi in animo prius aut ambiguom fuit,
 Nunc liquet, nunc defecatum est; cor mihi nunc
 perviam est.

Omnes ordines sub signis ducam legionis meae
 Ave sinistra, auspicio liquido atque ex mea sen-
 tentia.

Confidentia est, inimicos meos me posse perdere. 765
 Nunc ibo ad forum atque onerabo meis praeceptis
 Simmiam,

Quid agat: ne quid titubet, docte ut hanc serat
 fallaciam.

Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit
 lenonium.

P V E R.

Quoi servitatem di danunt lenoniam i. s. III, 1.
 Puero atque eidem si addunt turpitudinem: 770
 Nae illi, quantum ego nunc corde consipio meo,
 Malam rem magnam multasque aerumnas danunt!
 Velut haec mi evenit servitus, ubi ego omnibus
 Parvis magnisque miseriis praefulcior;
 Neque ego amatorem mi invenire ullum queo, 775
 Qui amet me, ut curer tandem nitidiuscule.
 Nunc huic lenoni est hodie natalis dies:
 Interminatus est a minimo ad maxumum,
 Si quis non hodie munus misisset sibi,
 Eum cras cruciatu maxumo perbitere. 780
 Nunc nescio hercle, rebus quid faciam meis,
 Neque ego illud possum, quod illi, qui possunt, so-
 lent.
 Nunc nisi lenoni munus hodie misero:
 Cras mihi potandus fructus est fullonius.
 Eheu, quam illae re ego etiam nunc sum parvo-
 lus! 785
 Atque edepol, ut male nunc eum metuo miser,
 Si quispiam det, qui manus gravior siet:
 Quamquam illud aiunt magno gemitu fieri,
 Conprimere dentis videor posse aliquo modo.
 Sed conprimenda est mihi vox atque oratio: 790
 Herus, eccum, recipit se domum et ducit cocum.

BALLIO. COCVS. PVER.

BALLIO.

Forum coquinum qui vocant, stulte vocant: i. s. III, 2.
 Nam non coquinum est, verum forinum est forum:
 Nam si ego iuratus peiorem hominem quaererem
 Cocum, non potui, quam hunc, quem duco, du-
 cere, 795

Multiloquom gloriosum insulsum inutilem.
 Quin ob eam rem Orcus recipere ad se noluit,
 Vti sit hic, qui mortuis coenam coquat:
 Nam hic solus illis coquere quod placeat potest.

COCVS.

Si me arbitrabare isto pacto, ut praedicas: 800
 Cur conducebas?

BALLIO.

Inopia: alius non erat.

Sed cur sedebas in foro, si eras cocus,
 Tu solus praeter alios?

COCVS.

Ego dicam tibi.

Hominum avaritia ego factus sum improbior cocus,
 Non meopte ingenio.

BALLIO.

Qua istuc ratione?

COCVS.

Eloquar. 805

Quia enim, quom extemplo veniunt conductum co-
 cum,

Nemo illum quaerit, qui optumus et carissumust;
 Illum conducunt potius, qui vilissumust.

Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
 Illi drachma issent miseri; me nemo potest 810
 Minoris quisquam numo ut surgam subigere.
 Non ego item coenam cordio, ut alii coci,
 Qui mihi condita prata in patinis proferunt,
 Boves qui convivas faciant, herbasque oggerunt,
 Eas herbas herbis aliis porro condiunt: 815
 Indunt coriandrum feniculum allium atrum olus,
 Adponunt rumicem brassicam betam blitum,
 Eo laserpiti libram pondo diluont;
 Teritur sinapi sceleratum; illis, qui terunt,
 Priusquam teruerunt, oculi ut exstillent, facit. 820
 Ei homines coenas sibi coquint! Quom condiunt:
 Non condimentis condiunt, sed strigibus,
 Vivis convivis intestina quae exedint.
 Hoc hic quidem homines tam brevem vitam colunt,
 Quom hasce herbas huiusmodi in suom alvom con-
 gerunt, 825
 Formidolosas dictu, non esu modo,
 Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.

BALLIO.

Quid tu? divinis condimentis utere,
 Qui prorogare vitam possis hominibus,
 Qui ea culpes condimenta?

COCVS.

Audacter dicito: 830
 Nam vel ducenos annos poterunt vivere,
 Meas qui esitabunt escas, quas condivero.
 Nam ego cicilendrum quando in patinas indidi
 Aut sipolindrum aut macidem aut sancaptidem:
 Eae ipsae se patinae fervefaciunt eloco. 835

Haec ad Neptuni pecudes condimenta sunt.
Terrestres pecudes cicimandro condio aut
Hapalopside aut cataractria.

BALLIO.

At te Iupiter

Dique omnes perdant cum condimentis tuis
Cumque tuis istis omnibus mendaciis! 840

COCVS.

Sine, sis, loqui me.

BALLIO.

Loquere atque i in malam crucem!

COCVS.

Vbi omnes patinae fervent: omnis aperio;
Ibi odos demissis pedibus in coelum volat.

BALLIO.

Demissis pedibus?

COCVS.

Peccavi insciens quidem:

Quia enim demissis manibus volui dicere. 845
Eum odorem coenat Iupiter cotidie.

BALLIO.

Si nusquam is coctum, quidnam coenat Iupiter?

COCVS.

It incoenatus cubitum.

BALLIO.

In' in malam crucem?

Istaccine causa tibi hodie numum dabo?

COCVS.

Fateor equidem esse me cocum carissimum; 850
Verum pro pretio facio ut opera adpareat
Mea, quo conductus veni.

BALLIO.

Ad furandum quidem.

COCVS.

An invenire postulas quemquam cocum,
Nisi miliinis aut aquilinis unguis?

BALLIO.

An tu coquinatum te ire quoquam postulas, 855
Quin ibi constrictis unguis coenam coquas?
Nunc adeo tu, qui meus es, iam edico tibi,
Ut nostra properes amolirier omnia;
Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis.
Quoquo hic spectabit: eo tu spectato simul; 860
Si quo hic gradietur: pariter progredimino;
Manum si protollet: pariter proferto manum;
Suom si quid sumet: id tu sinito sumere;
Si nostrum sumet: tu teneto altrinsecus;
Si iste ibit: ito; stabit: adstato simul; 865
Si conquiniscet iste: cœveto simul.
Item his discipulis privos custodes dabo.

COCVS.

Habe modo bonum animum.

BALLIO.

Quaeso, qui possim, doce
Bonum animum habere, qui te ad me adducam
domum?

COCVS.

Quia sorbitione faciam ego hodie te mea, 870
Item ut Medea Peliam concoxit senem,
Quem medicamento et suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum:
Item ego te faciam.

BALLIO.

Eho, an etiam veneficus?

COCVS.

Imo vero edepol hominum servator magis. 875

BALLIO.

Hem, mane! quanti unum me coquinare perdoces?

COCVS.

Quid?

BALLIO.

Vt te servem, ne quid subripias mihi.

COCVS.

Si credis: numo; si non: ne mina quidem.

Sed utrum amicis hodie an inimicis tuis

Daturus coenam?

BALLIO.

Pol ego amicis scilicet. 380

COCVS.

Quin tu illo inimicos potius, quam amicos, vocas?

Nam ego ita convivis coenam conditam dabo

Hodie atque ita suavi suavitate condiam:

Vt quisque quidque conditum gustaverit,

Ipsos sibi faciam ut digitos praerodant suos. 885

BALLIO.

Quaeso hercle, priusquam quidquam convivis dabis,

Gustato tute prius et discipulis dato:

Vt praerodatis vostras furtificas manus.

COCVS.

Fortasse haec tu nunc mihi non credas, quae loquor.

BALLIO.

Molestus ne sis. Nimium tinnis: non places. 890

Hem, illic ego habito: intro huc abi et coenam coque

Propere.

PVER.

Quin tu is ad cubitum? et convivas cedo:
Conrumpitur iam coena.

BALLIO.

Hem, subolem, sis, vide!

Iam hic quoque scelestus est coqui sublingio.

Profecto, quid nunc primum caveam, nescio: 895

Ita in aedibus sunt fures, praedo in proximo est:

Nam a me hic vicinus apud forum paulo prius,

Pater Callidori, opere efecit maxumo,

Vt mihi caverem a Pseudolo servo suo,

Neu fidem ei haberem: nam circumire in hunc diem,

900

Vt me, si posset, muliere intervorteret.

Eum promississe firmiter dixit sibi,

Sese abducturum a me dolis Phoenicium.

Nunc ibo intro atque edicam familiaribus,

Profecto ne quis quidquam credat Pseudolo. 905

PSEVDOLVS. SIMMIA.

PSEVDOLVS.

Si unquam quemquam di immortales voluere esse
auxilio adiutum: t. t. IV, 1.

Med et Callidorum volunt servatum esse et leno-
nem extinctum,

Quom te adiutorem genuerunt mihi, tam doctum
hominem atque astutum.

Sed ubi ille est? Sumne ego homo insipiens, qui
haec mecum egomet loquor solus?

as. ex t. d. et i. d. c.

Dedit verba mi hercle, ut opinor! malus cum malo
 stulte cavi! as. ex 3. i. h. 910
 Tum pol ego interii, homo si illic abiit, as. ex 2. i. h.
 Neque hoc opus, quod volui, ego hodie ecfciam.
 Sed eccum video verbeream statuum. Vt
 Magnifice se infert! i. h. cl.
 Hem, te hercle ego circumspcctabam: nimis metue-
 bam male, ne abisses. t. t. 915

SIMMIA.

Fuit meum officium, ut facerem, fateor.

PSEVDOLVS.

Vbi restiteras?

SIMMIA.

Vbi mihi lubitum est.

PSEVDOLVS.

Istuc ego iam sat scio.

SIMMIA.

Cur ergo, quod scis, me rogas? t. t. c.

PSEVDOLVS.

At hoc volo monere te.

SIMMIA.

Monendus ne me moneat. i. t. c.

PSEVDOLVS.

Nimis tandem ego abs te contemnor.

SIMMIA.

Quippe ego te ni contemnam, as. ex 3. i. h.
 Stratoticus homo qui cluar?

PSEVDOLVS.

Iam hoc volo, quod occeptum est, agi. i. t. 920

SIMMIA.

Numquid agere aliud me vides?

i. d.

PSEVDOLVS.

Ambula ergo cito.

SIMMIA.

Imo otiose volo. c. t.

PSEVDOLVS.

Haec ea occasio est: dum ille dormit, volo
 Tu prior ut occupes adire. i. d. h.

SIMMIA.

Quid properas? Placide! Ne time! Ita ille faxit
 Iupiter, i. t. 925
 Vt ille palam ibidem adsit, quiqui ille est, qui ad-
 est a milite!

Nunquam edepol potior ille erit Harpax, quam ego.
 Habe animum bonum:

Pulcre ego hanc explicatam tibi rem dabo. c. t.

Sic ego illunc dolis atque mendaciis
 In timorem dabo militarem advenam: 930

Ipsē sese ut neget esse eum, qui siet,
 Meque ut esse autumet, qui ipse est.

PSEVDOLVS.

Qui potest?

SIMMIA.

Occidis me, quom istuc rogitas!

PSEVDOLVS.

Hominem lepidum b. t.

Te quoque etiam dolis atque mendaciis! c. t.

Iupiter te mihi servet!

SIMMIA.

Imo mihi! 935

Sed vide, ornatus hic satisne condecet. as. ex c. d.
 et t. h.

PSEVDOLVS.

Optume habet.

SIMMIA.

Esto.

PSEVDOLVS.

Tantum tibi di boni

Immortales duint,

c. d.

Quantum tu tibi optes! nam si exoptem, quantum
dignus, tantum: t. t.

Minus nihilo est, neque ego homine hoc quemquam
vidi mage malum et maleficum. 940

SIMMIA.

Tun' id mihi?

PSEVDOLVS.

Taceo. Sed ego quae tibi bona dabo et
faciam, si hanc rem

Sobrie adcurassis!

SIMMIA.

Potin', ut taceas? Memorem facit inmemorem,
Qui monet, memor quod meminit. Omnia teneo;
in pectore t. t. c.

Condita sunt; meditati docte sunt doli.

PSEVDOLVS.

Probus hic homo

Est.

SIMMIA.

Neque hic est, neque ego.

PSEVDOLVS.

At vide ne titubes.

SIMMIA.

Potin', ut taceas? as. ex t. d. eti. d. c. 945

PSEVDOLVS.

Ita me di ament

SIMMIA.

Ita non facient. Mera iam mendacia fundes.

PSEVDOLVS.

Vt ego ob tuam te, Simmia, perfidiam amo et me-
tuo et magnifico!

SIMMIA.

Ego istuc aliis dare condidici; mi obtrudere non
potes palpum.

PSEVDOLVS.

Vt ego te hodie accipiam lepide, ubi ecfeceris hoc
opus

SIMMIA.

Ha ha he!

PSEVDOLVS.

Lepido victu vino unguentis et inter pocula pul-
pamentis! as. ex t. d. et i. d. h. 950
Ibidem una aderit mulier lepida, tibi savia super
saviam quae det.

SIMMIA.

Lepide accipis me.

PSEVDOLVS.

Imo si ecficis: tum faxo mage dicas. as. ex 3. i. h.

SIMMIA.

Ni ecfecero: cruciabiliter carnufex me accipito!
Sed propera mihi monstrare, ubi sit ostium aedium.

t. t. c.

PSEVDOLVS.

Tertium hoc est.

SIMMIA.

St, tace: aedes hiscunt.

PSEVDOLVS.

Credo animo male est 955

Aedibus.

SIMMIA.

Quid iam?

PSEVDOLVS.

Quia edepol ipsum lenonem evomunt.

SIMMIA.

Illicine est?

PSEVDOLVS.

Illic est.

SIMMIA.

Mala merx est, Pseudole: illuc, sis, vide: i. t.
 Non prorsus, verum ex transverso, cedit, quasi
 cancer solet.

BALLIO. PSEVDOLVS. SIMMIA.

BALLIO.

Minus malum hunc hominem esse opinor, quam esse
 censebam, cocum: t. t. c. IV, 2.

Nam nihil etiamdum harpagavit praeter cyathum et
 cantharum. 960

PSEVDOLVS.

Heus tu, nunc occasio est et tempus!

SIMMIA.

Tecum sentio.

PSEVDOLVS.

Ingredere in viam dolose; ego hic in insidiis ero.

SIMMIA.

Habui numerum sedulo : hoc est sextum a porta
proximum
Angiportum : in id angiportum me devorti iusserat.
Quotumas aedis dixerit , id ego admodum incerto
scio. 965

BALLIO.

Quis hic homo chlamydatas est aut unde est aut
quem quaeritat?
Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis.

SIMMIA.

Sed eccum, qui ex incerto faciet mihi, quod quaero,
certius.

BALLIO.

Ad me adit recta : unde ego hominem hunc esse
dicam gentium?

SIMMIA.

Heus tu , qui cum hircina stas barba , responde,
quod rogo. 970

BALLIO.

Eho, an non prius salutas?

SIMMIA.

Nulla est mihi salus dataria.

BALLIO.

Nam pol hinc tantundem accipies.

PSEVDOLVS.

Iam inde a principio probe!

SIMMIA.

Ecquem in angiporto hoc hominem tu novisti , te
rogo.

BALLIO.

Egomet me.

SIMMIA.

Pauci istuc faciunt homines, quod tu praedicas:
 Nam in foro vix decimus quisque est, qui ipse sese
 noverit. 975

PSEVDOLVS.

Salvos sum: iam philosophatur.

SIMMIA.

Hominem ego hic quaero malum
 Legirupam inpium periurum atque improbum.

BALLIO.

Me quaeritat:
 Nam mi illaec sunt cognomenta. Nomen si memo-
 ret modo. —

Quid ei est homini nomen?

SIMMIA.

Leno Ballio.

BALLIO.

Scivin' ego?
 Ipse ego is sum, adulescens, quem tu quaeritas.

SIMMIA.

Tun' Ballio es? 980

BALLIO.

Ego enimvero is sum.

SIMMIA.

Vt vestitus est perfossor parietum!

BALLIO.

Credo, in tenebris conspicatus si sis me, abstineas
 manum.

SIMMIA.

Herus meus tibi me salutem multam voluit dicere.
 Hanc epistolam accipe a me: hanc me tibi iussit
 dare.

BALLIO.

Quis is homo est, qui iussit?

PSEVDOLVS.

Perii, nunc homo in medio luto est! 985
Nomen nescit: haeret haec res.

BALLIO.

Quem hanc misisse ad me autumas?

SIMMIA.

Nosce imaginem; tute eius nomen memorato mihi:
Vt sciam, te Ballionem esse ipsum.

BALLIO.

Cedo mi epistolam.

SIMMIA.

Accipe et cognosce signum.

BALLIO.

Oho, Polymachaeroplacides
Purus putust ipsus! novi. Heus, Polymachaeropla-
cides 990

Nomen est.

SIMMIA.

Scio iam, tibi recte me dedisse epistolam:
Postquam Polymachaeroplacidae elocutus nomen es.

BALLIO.

Sed quid agit?

SIMMIA.

Quod homo edepol fortis atque bellator probus.
Sed propera hanc perlegere, quaeso, epistolam (ita
negotium est)

Atque accipere argentum actutum mulieremque
emittere: 995

Nam necesse hodie Sicyoni me esse aut cras mortem
exsequi:

Ita herus meus est imperiosus.

BALLIO.

Novi; notis praedicas.

SIMMIA.

Propera perlegere ergo epistolam.

BALLIO.

Id ago, si taceas modo.

„Miles lenoni Ballioni epistolam i. s.
Conscriptam mittit Polymachaeroplacides, 1000
Imagine obsignatam, quae inter nos duo
Convenit olim.“

SIMMIA.

Symbolum est in epistola.

BALLIO.

Video et cognosco signum. Sed in epistola
Nullam salutem mitterene scriptam solet?

SIMMIA.

Ita militaris disciplina est, Ballio: 1005
Manu salutem mittunt benevolentibus;
Eadem malam rem mittunt malevolentibus.
Sed ut occepisti, perge operam experirier,
Quid epistola ista narret.

BALLIO.

Ausculata modo.

„Harpax calator meus est, ad te qui venit“ 1010
Tune es is Harpax?

SIMMIA.

Ego sum.

BALLIO.

„Atque iste Harpax quidem,

Qui epistolam istam fert, ab eo argentum accipi
 Et cum eo simitu mulierem mitti volo.
 Salutem scriptam dignum est dignis mittere;
 Te si arbitrarem dignum: misissem tibi." 1015

SIMMIA.

Quid nunc?

BALLIO.

Argentum des, abducas mulierem.

SIMMIA.

Vter remoratur?

BALLIO.

Quin sequere ergo intro.

SIMMIA.

Sequor.

P S E V D O L V S.

Peiorem ego hominem magisque vorsute malum
 i. s. IV, 3.
 Nunquam edepol quemquam vidi, quam hic est
 Simmia;
 Nimisque ego illum hominem metuo et formido
 male, 1020
 Ne malus item erga me sit, ut erga illunc fuit:
 Ne in re secunda nunc mi obvortat cornua,
 Si occasionem capsit, qui siet malus.
 Atque edepol equidem nolo: nam illi bene volo.
 Nunc in metu sum maxumo triplici modo: 1025
 Primum omnium iam hunc conparem metuo meum,
 Ne deserat me atque ad hostis transeat;
 Metuo autem, ne herus redeat etiamdum a foro:
 Ne

Ne capta praeda capti praedones fuant;
 Quom haec metuo: metuo, ne ille huc Harpax ad-
 venat, 1030
 Priusquam hinc hic Harpax abierit cum muliere.
 Perii hercle, nimium tarde egrediuntur foras!
 Cor conligatis vasis exspectat meum,
 Si non educat mulierem secum simul,
 Vt exulatum ex pectore aufugiat meo. 1035
 Victor sum: vici cautos custodes meos!

S I M M I A. P S E V D O L V S.

S I M M I A.

Ne plora: nescis, ut sit res, Phoenicium; i. s. IV, 4.
 Verum haud multo post faxo scibis ad cubans.
 Non ego te ad illum duco dentatum virum
 Macedoniensem, qui te nunc flentem facit; 1040
 Quoiam esse te vis maxime, ad eum duco te.
 Callidorum haud multo post faxo amplexabere.

P S E V D O L V S.

Quid tu intus, quaeso, desedisti? Quam diu
 Mihi cor retunsum est oppugnando pectore!
 Occasionem reperisti, verbero; 1045
 Vbi perconteris me insidiis hostilibus?

S I M M I A.

Quin hinc metimur gradibus militariis?

P S E V D O L V S.

Atqui edepol, quamquam nequam homo es, recte
 mones.

Ite hac, triumpho, ad cantharum recta via!

B A L L I O.

Ha ha he! nunc demum mi animus in tuto est loco.

i. s. IV, 5. 1050

Postquam iste hinc abiit atque abduxit mulierem.

Lubet nunc, venire Pseudolum, scelerum caput,

Abducere a me mulierem fallacis.

Conceptis hercle verbis, satis certo scio,

Ego periurare mavelim me millies, 1055

Quam mi illum verba per deridiculum dare.

Nunc deridebo hercle hominem, si convenero;

Verum in pistrinum, credo, ut convenit, fore.

Nunc ego Simonem mi obviam veniat velim:

Vt mea laetitia laetus promiscam siet. 1060

S I M O. B A L L I O.

SIMO.

Viso, quid rerum meus Vlysses egerit, i. s. IV, 6.

Iamne habeat signum ex arce Ballionia.

BALLIO.

O fortunate, cedo fortunatam manum!

SIMO.

Quid est?

BALLIO.

Iam

SIMO.

Quid iam?

BALLIO.

Nihil est, quod metuas.

SIMO.

Quid est?

Venitne homo ad te?

BALLIO.

Non.

SIMO.

Quid est igitur boni? 1065

BALLIO.

Minae viginti sanae ac salvae sunt tibi,
 Hodie quas abs te indu est stipulatus Pseudolus.

SIMO.

Velim quidem hercle!

BALLIO.

Roga me viginti minas,

Si illic hodie illa sit potitus muliere,
 Sive eam tuo gnato hodie, ut promisit, dabit. 1070
 Roga, obsecro hercle (gestio promittere):
 Omnibus modis tibi esse rem ut salvam scias;
 Atque etiam habeto mulierem dono tibi.

SIMO.

Nullum periculum est, quod sciam, stipularier,
 Vt concepisti verba. Viginti minas 1075
 Dabin'?

BALLIO.

Dabuntur.

SIMO.

Hoc quidem actum est haud male.
 Sed hominem convenistin'?

BALLIO.

Imo ambo simul.

SIMO.

Quid ait? quid narrat, quaeso? quid dixit tibi?

BALLIO.

Nugas theatri, verba, quae in comoediis
Solent lenoni dici, quae pueri sciunt: 1080
Malum et scelestum et periurum aibat esse me.

SIMO.

Pol haud mentitust.

BALLIO.

Ergo haud iratus fui:
Nam quanti refert, te nec recte dicere,
Qui nihili faciat quique inficias non eat?

SIMO.

Sed quid est, quod non metuam ab eo? id audire
expeto. 1085

BALLIO.

Quia nunquam mulierem a me abducat nec potest
Iam. Meministine, tibi me dudum dicere,
Eam venisse militi Macedonio?

SIMO.

Memini.

BALLIO.

Hem, illius servos huc ad me argentum attulit
Et obsignatum symbolum

SIMO.

Quid postea? 1090

BALLIO.

Qui inter me atque illum militem convenerat.
Is secum abduxit mulierem haud multo prius.

SIMO.

Bonan' fide istuc dicis?

BALLIO.

Vnde ea sit mihi?

SIMO.

Vide modo, ne illic sit contechnatus quidpiam.

BALLIO.

Epistola atque imago me certum facit. 1095

Quin quidem illam in Sicyonem ex urbe abduxit modo.

SIMO.

Bene hercle factum! Quid ego cesso Pseudolum

Facere, ut det nomen ad molas coloniam?

Sed quis hic homo est chlamydatus?

BALLIO.

Non edepol scio,

Nisi ut observemus, quo eat aut quam rem gerat. 1100

HARPAX. SIMO. BALLIO.

HARPAX.

Malus et nequam est homo, qui nihili imperium

heri facit sui servos; t. t. IV, 7.

Nihili est autem, suom qui officium facere inmemor

est, nisi admonitus.

Nam qui liberos eloco se arbitrantur, b. t.

Ex conspectu heri si sui se abdiderunt,

Luxantur, lustrantur, comedunt, quod habent,

as. ex 2. i. h. 1105

li nomen diu ferunt servitutis,

Nec boni ingeni quidquam in his inest, as. ex 2. t. h.

Nisi uti se improbis teneant artibus.

Cum istis mihi nec locus nec sermo convenit, i. s.

Neque iis unquam nobilis fui. Ego, ut mihi impe-

ratum est, as. ex t. d. et i. d. c. 1110

Etsi abest, hic adesse herum arbitror. Nunc ego
illum metuo,

Quom hic ne adest, ne, quom adsit, metuam. Ei
rei operam dabo. Nam

Me in taberna usque adhuc siverat Syrus,
as, ex c. d. et t. h.

Quoi dedi symbolum. Mansi, ut iusserat
(Leno ubi esset domi, me aibat arcessere); c. t. 1115
Verum ubi non venit, nec vocat: huc venio ultro,
ut sciam, quid re sit: t. t.

Ne illic homo me ludificetur; neque quidquam est
melius, quam ut pulsem hoc

Atque huc evocem intus aliquem. Leno hoc ar-
gentum volo t. t. c.

A me accipiat atque amittat mulierem mecum simul.

BALLIO.

Heus tu!

SIMO.

Quid vis?

BALLIO.

Hic homo meus est.

SIMO.

Quidum?

BALLIO.

Quia praeda haec mea est: 1120
Scortum quaerit; habet argentum. Iam admorderè
hunc mihi lubet.

SIMO.

Iamne illunc comesurus es?

BALLIO.

! Dum recens est, b. t.

Dum datur, dum calet: devorari decet. c. t.

Nam boni me viri pauperant; improbi
 Alunt, augent rem meam. Malo populi strenui, impro-
 as. ex 3. i. h. 1125
 bi usu mihi sunt. i. h. cl.

SIMO.

Malum quod tibi di dabunt, qui sic scelestus.
 as. ex b. d. et i. d. c.

HARPAX.

Me nunc conmoror, quom has foris non ferio: ut
 as. ex b. d. et i. h.
 Sciam, sitne Ballio domi.

BALLIO.

Venus mi haec dona
 Datat, quom hos huc adigit lucrifugas, damni 1130
 Cupidos, qui se suamque aetatem bene curant,
 Edunt, bibunt, scortantur. Illi sunt alio ingenio at-
 que tu, i. t.
 Qui neque tibi bene esse patere et illis, quibus est,
 invides.

HARPAX.

Heus, ubi estis vos?

BALLIO.

Hic quidem ad me recta habet rectam viam. t. t. c.

HARPAX.

Heus, ubi estis vos?

BALLIO.

Heus, adulescens, quid istic debetur tibi? — 1135
 Bene ego ab hoc praedatus ibo. Novi: bona scaeva
 est mihi.

HARPAX.

Ecquis hoc aperit?

M. A. PLAVTI

BALLIO.

Heus, chlamydate, quid istic debetur tibi?

HARPAX.

Aedium dominum lenonem Ballionem quaerito.

BALLIO.

Quisquis es, adulescens, operam fac compendi quaerere.

HARPAX.

Quid iam?

BALLIO.

Quia ted ipsus coram praesens praesentem videt. 1140

HARPAX.

Tun' es?

SIMO.

Chlamydate, cave, sis, tibi a curio infortunio, Atque in hunc intende digitum: hic leno est.

BALLIO.

At hic est vir probus; Sed tu, probe vir, flagitare saepe clamore in foro, Quom libella nusquam est, nisi quid leno hic subvenit tibi.

HARPAX.

Quin tu mecum fabulare?

BALLIO.

Fabulor. Quid vis tibi? 1145

HARPAX.

Argentum accipias.

BALLIO.

Iamdudum, si des, porrexi manum.

HARPAX.

Accipe. Hic sunt quinque argenti lectae numeratae
minae.

Hoc tibi herus me iussit ferre Polymachaeroplacides,
Quod deberet, atque ut mecum mitteres Phoenicium.

BALLIO.

Herus tuos

HARPAX.

Ita dico.

BALLIO.

Miles

HARPAX.

Ita loquor.

BALLIO.

Macedonius 1150

HARPAX.

Admodum, inquam.

BALLIO.

Te ad me misit Polymachaeroplacides

HARPAX.

Vera memoras.

BALLIO.

Hoc argentum ut mihi dates

HARPAX.

Si tu quidem es

Leno Ballio.

BALLIO.

Atque ut a me mulierem abducas?

HARPAX.

Ita.

BALLIO.

An Phoenicium esse dixit?

HARPAX.

Recte meministi.

BALLIO.

Mane:

Iam redeo ad te.

HARPAX.

At maturate propera: nam propero. Vides, 1155
Iam die multum esse?

BALLIO.

Video. Hunc advocare etiam volo.
Mane modo istic: iam revortar ad te. — Quid nunc
fit, Simo?

Quid agimus? manifesto hunc hominem teneo, qui
argentum attulit.

SIMO.

Quid iam?

BALLIO.

An nescis, quae sit haec res?

SIMO.

Iuxta cum ignarissimis.

BALLIO.

Edepol hominem verberonem Pseudolum! ut docte
dolum 1160

Conmentust! tantundem argenti, quantum miles de-
buit,

Dedit huic atque hominem exornavit, mulierem qui
arcesseret.

Pseudolus tuos adlegavit hunc, quasi a Macedonio
Milite esset.

SIMO.

Habesne argentum ab homine?

BALLIO.

Rogitas, quod vides?

SIMO.

Heus, memento ergo dimidium istinc mihi de prae-
da dare! 1165

Commune istuc esse oportet.

BALLIO.

Quid? malum? Id totum tuom est.

HARPAX.

Quam mox mi operam das?

BALLIO.

Tibi do equidem — Quid nunc es auctor, Simo?

SIMO.

Exploratorem hunc faciamus ludos suppositicium
Adeo, donicum ipsus sese ludos fieri senserit.

BALLIO.

Sequere. — Quid ais? Nempe tu illius servos es?

HARPAX.

Planissime. 1170

BALLIO.

Quanti te emit?

HARPAX.

Suarum in pugna virium victoria:

Nam ego eram domi imperator summus in patria mea.

BALLIO.

An etiam ille unquam expugnavit carcerem, patriam
tuam?

HARPAX.

Contumeliam si dices: audies.

BALLIO.

Quotumo die

Ex Sicyone pervenisti huc?

HARPAX.

Altero ad meridiem. 1175

BALLIO.

Strenue mehercule isti. — Quamvis pernix hic homo est!

Vbi suram adspicias: scias, posse eum gerere crassas conpedes. —

Quid ais? tune etiam cubitare solitus in cunis puer?

SIMO.

Scilicet.

BALLIO.

Etiamne facere solitus es? scin', quid loquar?

SIMO.

Scilicet solitum esse.

HARPAX.

Sanine estis?

BALLIO.

Quid, quod te rogo? 1180

Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul?

Conveniebatne in vaginam tuam machaera militis?

HARPAX.

I in malam crucem!

BALLIO.

Ire licebit tibi tamen hodie temperi.

HARPAX.

Quin tu mulierem mi emittis? aut redde argentum.

BALLIO.

Mane.

HARPAX.

Quid maneam?

BALLIO.

Chlamydem hanc conmemores, quanti
conducta est.

HARPAX.

Quid est? 1185

BALLIO.

Quid meret machaera?

HARPAX.

Helleborum hisce hominibus opus est.

BALLIO.

Eho

HARPAX.

Mitte.

BALLIO.

Quid mercedis petasus hodie domino demeret?

HARPAX.

Quid domino? quid somniatis? Mea quidem haec
habeo omnia,

Meo peculio emta.

BALLIO.

Nempe, quod femina summa sustinet.

HARPAX.

Vncti hi sunt senes: fricari sese ex antiquo volunt.

1190

BALLIO.

Responde, obsecro hercle, hoc vero serio, quod te
rogo:

Quid meres? quantillo argento te conduxit Pseu-
dolos?

HARPAX.

Qui istic Pseudolust?

BALLIO.

Praeceptor tuos, qui te hanc fallaciam
Docuit, ut fallaciis hinc mulierem a me abduceres.

HARPAX.

Quem tu Pseudolum, quas tu mihi praedicas falla-
cias, 1195

Quem ego hominem nulli coloris novi?

BALLIO.

Non tu istinc abis?

Nihil est hodie hic sycophantis quaestus. Proin tu
Pseudolo

Nunties, abduxisse alium praedam, qui occurrit prior
Harpax.

HARPAX.

Is quidem edepol Harpax ego sum.

BALLIO.

Imo edepol esse vis. —

Purus putus sycophanta hic.

HARPAX.

Ego tibi argentum dedi 1200
Et dudum adveniens extemplo symbolum servo tuo,
Heri imagine obsignatam epistolam, hic ante ostium.

BALLIO.

Meo tu epistolam dedisti servo? quoi servo?

HARPAX.

Syro.

BALLIO.

Num confidit sycophanta hic? Nequam meditatur
male:

Nam illam epistolam ipse verus Harpax huc ad me
attulit. 1205

HARPAX.

Harpax ego vocor; ego servos sum Macedonis mi-
litis;

Ego nec sycophantiose quidquam ago nec malefice
Neque istunc Pseudolum, mortalis qui sit, novi ne-
que scio.

SIMO.

Tu, nisi mirum est, leno, plane perdidisti mulierem.

BALLIO.

Edepol nae istuc magis magisque metuo, quom verba
audio. 1210

SIMO.

Mihi quoque edepol iamdudum ille Syrus cor per-
frigefacit,

Symbolum qui ab hoc accepit. Mira sunt, ni Pseu-
dohust.

Eho tu, qua facie fuit dudum, quoi dedisti symbo-
lum?

HARPAX.

Rufus quidam, ventriosus, crassis suris, subniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admo-
dam 1215

Magnis pedibus.

SIMO.

Perdidisti, postquam dixisti pedes!
Pseudolus fuit ipse.

BALLIO.

Actum est de me! Iam morior, Simo!

HARPAX.

Hercle haud te sinam ecmoriri, nisi mi argentum red-
ditur,

Viginti minae.

SIMO.

Atque etiam mihi aliae viginti minae.

BALLIO.

Auferetur praemium id a me, quod promisi per iocum? 1220

SIMO.

De improbis viris auferri praemium et praedam decet.

BALLIO.

Saltem Pseudolum mihi dedas.

SIMO.

Pseudolum ego dedam tibi?
Quid deliquit? Dixin', ab eo ut tibi caveres, centies?

BALLIO.

Perdidit me.

SIMO.

At me viginti modicis multavit minis.

BALLIO.

Quid nunc faciam?

HARPAX.

Si mi argentum dederis: te suspendito. 1225

BALLIO.

Di te perdant! Sequere, sis, me ergo ad forum:
ut solvam.

HARPAX.

Sequor.

SIMO.

Quid ego?

BALLIO.

Peregrinos absolvam; cras agam cum civibus.
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia,
Qui illunc ad me hodie adlegavit, mulierem qui ab-
duceret. —

Sequere

Sequere tu nunc. — Ne expectetis, dum hac domum redeam via: 1230

Ita res gesta est, angiporta haec certum est consecrari.

HARPAX.

Si graderere tantum, quantum loquere: iam esses ad forum.

BALLIO.

Certum mi est, e mortualem facere ex natali die.

S I M O.

Bene ego illunc tetigi, bene autem servos inimicum suum! t. t. c. IV, 8.

Nunc mihi certum est, alio pacto Pseudolo insidias dare, 1235

Quam aliis in comoediis fit, ubi cum stimulis aut flagris

Insidiantur; at ego iam inultus promam viginti minas, Quas promisi, si efecisset; obviam ei ultro deferam. Nimis illic mortalis doctus, nimis vorsutus, nimis malus!

Superavit Dolum Troianum atque Vlysem Pseudolus! 1240

Nunc ibo intro: argentum promam; Pseudolo insidias dabo.

P S E V D O L V S.

Quid hoc? siccine hoc fit, pedes? statin', an non?
b. t. V, 1.

An id voltis, ut me hic iacentem aliquis tollat?
Nam hercle si cecidero, vestrum erit flagitium.
co. e. c. d. et t. d. br.

Pergitin' pergere? Ah, saeviundum mi hodie est.
1245

Magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum.
b. t.

Luctator dolosust. b. d.

Profecto edepol ego nunc probe abeo madulsa: b. t.

Ita victu excurato, ita mundicia digna,

Itaque in loco festivo sumus festive accepti. 1250

Quid opus, multas agere med ambages? Hoc est
homini, quamobrem t. t.

Vitam amet! hic omnes voluptates, indu hoc omnes
sunt venustates!

Proximum dis arbitro esse: nam ibi amans comple-
xus amantem est;

Ibi labra ad labella adiungit; ibi alter alterum bi-
lingui

Manifesto inter seprehendunt; ibi mamma mam-
milla opprimitur; 1255

Aut, si lubet, corpora conduplicant; a. d.

Manu' candida cantharum dulciferum

Propinare amicissimum amicitiam, as. ex b. d. et t.

Neque ibi esse alium alii odio nec molestum

Nec sermonibus morologis uti: 1260

Vnguenta atque odores, lemniscos, corollas b. t.

Dari dapsilis; non enim parcipromi

Victu cetero: ne quis me roget. co. ex b. d. et i.
 Hoc ego modo atque herus minor hanc diem sum-
 simus prothyme. as. ex t. d. et i. d. c.

Postquam opus meum, ut volui, omne perpe-
 travi, hostibus fugatis: 1265

Illos ad cubantis, potantis, amantis, b. t.

Cum scortis reliqui et meum scortum ibidem,
 Cordi atque animo suo obsequentes. Sed postquam
 exsurrexi, me orant t. t.

Vt saltem. Ad hunc me modum intuli, illis as.
 ex 2 i. h.

Vti satisfacerem ex disciplina: 1270

Quippe ego, qui probe Ionica perdidici. Sed pal-
 liolatim amictus t. t.

Hac inaccessi ludibundus. Plaudunt; partim clamitant
 me ut

Revortar. Occepi denuo hoc modo volvi; item amicae
 as. ex 3 i. h.

Dabam meae me: i. h.

Vt me amaret. Vbi circumvortor: cado. Id fuit
 naenia ludo. t. t. 1275

Itaque, dum enitor: pax! iam pene inquinavi pal-
 lium. t. t. c.

Nimiae tum voluptati edepol fui. as. ex b. d. et i.

Ob casum datur cantharus; bibi.

Conmuto eloco pallium; illud posivi; b. t.

Inde huc exii, crapulam dum amoverem. 1280

Nunc ab hero ad herum meum maiorem venio
 foedus commemoratum. t. t.

Aperite, aperite! heus, Simoni, adesse me, quis
 nuntiate!

SIMO. PSEVDOLVS. BALLIO.

SIMO.

Vox viri pessumi me exciet foras. co. ex c. d.
et t. h. V, 2.
Sed quid hoc? quomodo? quid tu? video ego . . . ?

PSEVDOLVS.

Cum corona ebrium Pseudolum tuom. 1285

SIMO.

Libere hercle hoc quidem! — Sed vide statum!
Num mea gratia pertimescit magis? c. t.
Cogito, saeviter blanditerne adloquar.
Sed hoc vim vetat facere nunc, quod fero, si b. t.
Qua in hoc spes sita est mihi. b. d. 1290

PSEVDOLVS.

Vir malus viro optumo obviam it.

SIMO.

Di te ament, Pseudole. — t. t. c.

Phui,

In malam crucem!

PSEVDOLVS.

Cur ergo afflicter me?

SIMO.

Quid tu, malum, ergo in t. t.
Os mi inructas ebrius? t. d. c.

PSEVDOLVS.

Molliter siste nunc me! cave, nè cadam! c. t.
Non vides me, ut madide madeam? t. d. 1295

SIMO.

Quae istaec audacia est, te sic interdus c. t.
Cum corolla ebrium incedere? c. tr.

PSEVDOLVS.

Lubet.

SIMO.

Quid? lubet? Pergin' ructare in os mihi? b. t.

PSEVDOLVS.

Suavis ructus mi est. Sic sine modo. t. d. h.

SIMO.

Credo equidem, potesse te, scelus, dochmaïc. c. 1300
 Massici montis uberrimos quatuor c. t.
 Fructus ecbibere in hora una.

PSEVDOLVS.

Hiberna, addito.

SIMO.

Haud male mones. Sed dic tamen, i. d.
 Vnde onustam celocem agere te praedicem. c. t.

PSEVDOLVS.

Cum tuo filio perpotavi modo. 1305
 Sed, Simo, ut probe tactus Ballio est! as. ex 2 t. h.
 Quae tibi dixi, ut efecta reddidi!

SIMO.

Derides? Pessimus homo es!

PSEVDOLVS.

Mulier haec feci i. scaz.

Cum tuo filio libera adcubet. co. ex c. d. et t. h.

SIMO.

Omnia, ut quidque egisti, ordine scio. 1310

PSEVDOLVS.

Quid ergo dubitas dare mi argentum?

SIMO.

Ius petis, fateor. Tene. i. t.

PSEVDOLVS.

At negabas, te daturum mihi; tamen das. — Onera hunc hominem t. t.
Atque me consequere hac.

SIMO.

Istunc ego onerem?

PSEVDOLVS.

Onerabis, scio. t. t. c.

SIMO.

Quid ego huic homini faciam? satin' ultro argentum aufert et me inridet? t. t.

PSEVDOLVS.

Vae victis! Vorte igitur humerum. Hem! t. d. 1315

BALLIO.

Hoc ego nunquam ratus sum fore me, ut tibi fierem supplex. t. t.

Heu, eheu, heu!

PSEVDOLVS.

Desine.

BALLIO.

Doleo.

PSEVDOLVS.

Ni doleres tu; ego dolerem.

BALLIO.

Quid? hoc auferes nunc, Pseudole, i. d.
Abs tuo hero?

PSEVDOLVS.

Lubentissimo corde atque animo. b. t.

BALLIO.

Non audes, quaeso, aliquam partem gratiam facere hinc mi argenti? t. t. 1320

PSEVDOLVS.

Novi, dices me avidum esse hominem: nam hinc
nunquam eris numo divitior.
Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie ec-
fecissem. as. ex t. d. et i. d. c.

BALLIO.

Erit, ubi te ulciscar, si vivo!

PSEVDOLVS.

Quid minitare? Habeo tergum.

BALLIO.

● Age sane.

PSEVDOLVS.

Igitur redi.

BALLIO.

Quid redeam?

PSEVDOLVS.

Redi modo: non eris deceptus. t. t.

BALLIO.

Redeo.

PSEVDOLVS.

Simul mecum i potatum.

BALLIO.

Egone eam?

PSEVDOLVS.

Fac, quod te iubeo. as. ex
t. d. et i. d. h. 1325

Si is: aut dimidium aut plus etiam faxo hinc feres.

BALLIO.

Eo. Duc me, quo vis.

PSEVDOLVS.

Quid nunc? numquid iratus es aut mihi, aut filio
propter has res, Simo?

SIMO.

Nil profecto. b. o.

PSEVDOLVS.

I hac.

BALLIO.


Te sequor. Quin vocas spectatores simul? c. t.

PSEVDOLVS.

Hercle me isti haud solent. Verum si adplaudere
1330

Voltis atque adprobare hunc gregem et fabulam: in
Crastinum vos vocabo. c. d. h.

R V D E N S.



ARGUMENTVM.

Reti piscator de mari extraxit vidulum,
Vbi erant herilis filiae crepundia,
Dominum ad lenonem quae subrepta venerat.
Ea suapte imprudens in clientelam patris,
Naufragio eiecta, devenit, cognoscitur
Suoque amico Pleusidippo iungitur.

DRAMATIS PERSONAE.

ARCTVRVS.
SCEPARNIO.
PLEVSIDIPPVS.
DAEMONES.
PALAESTRA.
AMPELISCA.
SACERDOS ANVS.
PISCATORES.
TRACHALIO.
LABRAX.
CHARMIDES.
GRIPVS.
LORARI.

PROLOGVS.

ARCTVRVS.

Qui gentis omnis mariaque et terras movet, i. s.
Eius sum civis civitate coelitem.
Ita sum, ut videtis: splendens stella candida;
Signum, quod semper tempore exoritur suo.
Hic atque in coelo nomen Arcturo est mihi. 5
Noctu sum in coelo clarus atque inter deos;
Inter mortalis ambulod interdus.
Et alia signa de coelo ad terram accidunt:
Qui est imperator divom atque hominum, Iupiter,
Is nos per gentis alium aliuta disparat: 10
Hominum qui facta mores pietatem et fidem
Noscamus, ut quemque adiuvet Opulentia.
Qui falsas litis falsis testimoniis
Petunt, quique in iure abiurant pecuniam,
Eorum referimus nomina exscripta ad Iovem. 15
Cotidie ille scit quis hic quaerat malum.
Qui hic litem apisci postulant periurio
Mali, res falsas qui inpetrant apud iudicem:
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat;
Maiore multa multat, quam litem auferunt. 20
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Atque hoc scelesti in animum inducunt suom,

Iovem se placare posse donis, hostiis.
 Et operam et sumtum perdunt: id eo fit, quia
 Nihil ei acceptum est a periuris supplici. 25
 Facilius, si qui pius est, a dis supplicans,
 Quam qui scelestust, inveniet veniam sibi.
 Idcirco moneo vos ego haec, qui estis boni,
 Quique aetatem agitis cum pietate et cum fide,
 Retinete porro: post factum ut laetemini. 30
 Nunc, huc qua causa veni, argumentum eloquar.
 Primumdum huic esse nomen urbi Diphilus
 Cyrenas voluit. Illic habitat Daemones
 In agro atque villa proxuma propter mare,
 Senex, qui huc Athenis exul venit, haud malus; 35
 Neque is adeo propter malitiam patria caret;
 Sed, dum alios servat, se inpedivit interim:
 Rem bene paratam comitate perdidit.
 Huic filiola virgo periit parvola;
 Eam de praedone vir mercatur pessumus; 40
 Is eam huc Cyrenas, leno, advexit virginem.
 Adulescens quidam civis huius Atticus
 Eam vidit ire e ludo fidicinio domum:
 Amare occepit, ad lenonem devenit,
 Minis triginta sibi puellam destinat 45
 Datque arrhabonem et iureiurando adligat.
 Is leno, ut se aequom est, flocci non fecit fidem
 Neque, quod iuratus adulescenti dixerat.
 Erat hospes ei par illius Sículus, senex
 Scelestus, Agrigentinus, urbis proditor; 50
 Is illius laudare infit formam virginis
 Et aliarum itidem, quae eius erant mulierculae;
 Infit lenoni suadere, ut secum simul
 Eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios

Dicit: potesse ibi eum fieri divitem: 55
 Ibi esse quaestum maxumum meretricibus.
 Persuadet: navis clanculum conducitur;
 Quidquid erat, noctu in navem conportat domo
 Leno; adolescenti, qui puellam ab eo emerat,
 Ait, sese Veneri velle votum solvere. 60
 Id hic est fanum Veneris, et eo ad prandium
 Vocavit adolescentem hunc; ipse hinc eloco
 Navem conscendit, avehit meretriculas.
 Adolescenti alii narrant, ut res gesta sit:
 Lenonem abivisse. Ad portum adolescens venit; 65
 Illorum navis longe in altum abscesserat.
 Ego quoniam video virginem asportarier,
 Tetuli ei auxilium et lenoni exitium simul:
 Increpui hibernum et fluctus movi maritimos:
 Nam Arcturus signum omnium sum acerrimum; 70
 Vehemens sum exoriens, quom occido, vehementior.
 Nunc ambo in saxo lenod atque hospes simul
 Sedent eiecti: navis confracta est iis;
 Illa autem virgo atque altera itidem ancillula
 De navi timidae desiluerunt in scapham. 75
 Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt
 Ad villam, ille ipse exul ubi habitat senex,
 Quoius deturbavit ventus tectum et tegulas,
 Et servos illic eius, qui egreditur foras.
 Adolescens huc iam adveniet, quem videbitis, 80
 Qui illam mercatus de lenone virginem.
 Valete: ut hostes vestri diffidant sibi.

S C E P A R N I O.

Proh di immortales, tempestatem quouismodi

i. s. I, 1.

Neptunus nobis nocte hac misit proxuma!

Detexit ventus villam! Quid verbis opust?

Non ventus fuit; verum Alcumena Euripidi:

Ita omnis de tecto deturbavit tegulas.

5

Inlustriores fecit fenestrasque indidit.

PLEVSIDIPPVS. DAEMONES.
S C E P A R N I O.

PLEVSIDIPPVS.

Et vos a vestris abduxi negotiis,

i. s. I, 2.

Neque id processit, qua vos duxi gratia,

Neque quivi ad portum lenonem adprehendere;

Sed mea desidia spem deserere nolui:

10

Eo vos, amici, detinui diutius.

Nunc huc ad Veneris fanum venio visere,

Vbi rem divinam se facturum dixerat.

DAEMONES.

Prope me hinc nescio quis loquitur. — Heus, Sce-
parnio!

SCEPARNIO.

Qui nominat me?

DAEMONES.

Qui pro te argentum dedit. 15

SCEPARNIO.

Quasi me tuom esse servom dicas, Daemones.

DAE-

DAEMONES.

Luto usust multo: multam terram confode.
Villam integundam intellego totam mihi:
Nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.

SCEPARNIO.

Si sapiam: hunc, quo me mactat, concinnem lutum. 20

PLEVSIDIPPVS.

Pater, salveto, amboque adeo.

DAEMONES.

Salvos sis.

SCEPARNIO.

Sed utrum tu mas an femina es, qui illunc patrem
Voces?

PLEVSIDIPPVS.

Vir sum equidem.

SCEPARNIO.

Quaere, vir, porro patrem.

DAEMONES.

Filiolam ego unam habivi; eam unam perdididi;
Virile secus nunquam ullam habivi.

PLEVSIDIPPVS.

At di dabunt. 25

SCEPARNIO.

Tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum,
Qui oratione hic occupatos occupes.

PLEVSIDIPPVS.

Isticcine vos habitatis?

SCEPARNIO.

Quid tu id quaeritas?

An, quo furatum nox venas, vestigas loca?

PLEVSIDIPPVS.

Peculiosum esse addecet servom et probum, 30

Quoi hero praesente praetereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.

SCEPARNIO.

Et inpudicum et inpuidentem hominem addecet,
Molestum ultro advenire ad alienam domum,
Quoi debeatur nil.

DAEMONES.

Tace, Sceparnio.

35

Quid opus, adulescens?

PLEVSIDIPPVS.

Isti infortunium,
Qui praefestinet, ubi herus adsit, praeloqui.
Sed, nisi molestum est, paucis percontarier
Volo ego ex te.

DAEMONES.

Dabitur opera, atque in negotio.

SCEPARNIO.

Quin tu in paludem is exsecasque arundines, 40
Qui pertegamus villam, dum sudum est?

DAEMONES.

Tace. —

Tu, si quid opus est, dice.

PLEVSIDIPPVS.

Dic, quod te rogo:
Ecquem tu hominem crispum, incanum, videris,
Malum, periurum, palpatorem

DAEMONES.

Plurimos:

Nam ego propter eiusmodi viros vivo miser. 45

PLEVSIDIPPVS.

Huc, dico, in fanum Veneris qui mulierculas

Duas secum adduxit, quique adornavit sibi,
Vt rem divinam faciat aut hodie aut heri.

DAEMONES.

Non hercle, adulescens, iam hos dies conplusculos
Quemquam istic vidi sacrificare, neque potest 50
Clam me esse, si qui sacrificant: semper petunt
Aquam hinc aut ignem aut vascula aut cultrum
aut veru

Aut aulam extarem aut aliquid; quid verbis opust?
Veneri paravi vasa et puteum, non mihi.
Nunc intervallum iam hos dies multos fuit. 55

PLEVSIDIPPVS.

Vt verba praehibes, me periisse praedicas.

DAEMONES.

Mea quidem hercle causa salvos sis, licet.

SCEPARNIO.

Heus tu, qui fana ventris causa circumis,
Iubere meliust prandium ornari domi.
Fortasse tu huc vocatus es ad prandium: 60
Ille, qui vocavit, nullus venit ad modum
Nullum. Est periculum, te hinc ire inpransum domum.
Cererem quam Venerem melius te sectarier:
Amori haec curat, tritico curat Ceres.

PLEVSIDIPPVS.

Deludificavit me ille homo indignis modis! 65

DAEMONES.

Pro di immortales, quid illuc est, Sceparnio,
Hominum secundum litus?

SCEPARNIO.

Vt mea opinio est,
Propter viam illi sunt vocati ad prandium.

DAEMONES.

Qui?

SCEPARNIO.

Quia post coenam, credo, laverunt heri.
Confracta navis in mari est illis.

DAEMONES.

Ita est.

70

SCEPARNIO.

At hercle nobis villa in terra et tegulae.

DAEMONES.

Hui,

Homunculi, quanti estis! eiecti ut natant!

PLEVSIDIPPVS.

Vbi sunt ii homines, obsecro?

DAEMONES.

Hac ad dexteram.

Viden' secundum litus?

PLEVSIDIPPVS.

Video. Sequimini.

Vtinam is sit, quem ego quaero, vir sacerrumus!

75

Valete.

SCEPARNIO.

Si non moneas: nosmet meminimus.

Sed, o Palaemon, sancte Neptuni comes,
Quique Herculis sociennus esse diceris,
Quod facinus video?

DAEMONES.

Quid vides?

SCEPARNIO.

Mulierculas

Video sedentis in scapha solas duas.

80

Vt adflctantur miserae! — Euge, euge! perbene!

Ab saxo avortit fluctus ad litus scapham,
 Neque gubernator unquam potuit rectius. —
 Non vidisse undas me maioris censeo.
 Salvae sunt, si illos fluctus devitaverint. 85
 Nunc, nunc periculum est: eiecit alteram. —
 At in vado est: iam facile enabit. — Eugepae,
 Viden', alteram illam ut fluctus eiecit foras?
 Surrexit, horsum se capessit. Salva res!
 Desiluit haec autem altera in terram e scapha. 90
 Vt prae timore in genua in undis concidit! —
 Salva est: evasit ex aqua. Iam in litore est.
 Sed dextrovorsum avorsa it in malam crucem.
 Hem, errabit hodie illaec!

DAEMONES.

Quid id refert tua?

SCEPARNIO.

Si ad saxum quo capessit, ea deorsum cadit: 95
 Errationis fecerit compendium.

DAEMONES.

Si tu de illarum coenaturus vesperi es:
 Illis curandum censeo, Sceparnio;
 Si apud me esurus: mihi operam dari volo.

SCEPARNIO.

Bonum aequomque oras.

DAEMONES.

Sequere me hac ergo.

SCEPARNIO.

Sequor. 100

P A L A E S T R A.

Nimio hominum fortunae minus miserae memoran-
tur, quam experiundis t. t. 1, 3.

Datur acerbum, Hoc deo conplacitum est. Me, hoc
ornatu ornatam, eiectam

Timidam in incertas regiones! Hanccine ego ad rem
natam miseram

Me memorabo? hanccine ego partem capio ob pie-
tatem praecipuam?

Nam mi hoc haud labori est laborem hunc potiri,
b. t. 105

Si me erga parentem aut deos inpiavi;

Sed id si parate curavi ut caverem:

Tum hoc mi indecore, inique, inmodeste, di, datis.
gall.

Nam quid sibi igitur inpii posthac habebunt, i. tr. h.

Si ad hunc modum est innoxii honor apud vos? 110

Nam me si sciam fecisse aut parentes co. ex b. d.
et i. h.

Sceleste: minus me miserer. Sed herile

Scelus me sollicitat; b. d.

Eius me inpietas male habet. Is navem atque omnia
perdidit in mari. as. ex t. d. et i. d.

Haec bonorum eius reliquiae. Etiam, t. d. 115

Quae simul vecta mecum in scapha est, excidit: c. t.

Nunc ego sola sum! Quae mihi si foret

Salva: saltem labor lenior esset hic

Eius opera mihi. c. d.

Nunc quam spem aut opem aut consili quid capes-
sam? b. t. 120

Ita hic sola solis locis conpotita.

Hic saxa sunt; hic mare sonat; nec quisquam homo
mi obviam venit. i. t.

Hoc, quod induta sum, summae opes oppido; c. t.

Nec, cibo nec loco tecta quo sim, scio.

Quae mihi spes est, qua vivere me velim? co. ex c. d.
et t. h. 125

Nec loci gnara sum, nec diu hic fui.

Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis c. t.

Aut viam aut semitam monstret: c. tr. c.

Ita nunc, hac an illac eam, incerta consili; co. ex b. d.
et i. d. br.

Nec prope usquam hic quidem cultum agrum con-
spicor. c. t. 130

Algor, error, pavor, mi omina attinent. co. ex c. d.
et t. h.

Haec parentes mei haud scitis miseri, me nunc esse
ita, ut sum. t. t.

Libera ego prognata fui maxume; nequidquam fui.

Numquid minus servio, quam, si forem serva nata?
as. ex 3 i. h.

Neque quidquam unquam iis profui, qui me sibi
eduxerunt! 135

AMPELISCA. PALAESTRA.

AMPELISCA.

Quid mihi melius, quid magis in rem est, quam se-
cludam corpore vitam? t. t. I, 4.

Ita male vivo atque ita mihi multae in pectore sunt
curae exanimales.

Dein vitai haud parco! perdidisti spem, qua me ob-
lectabam!

Omnia iam circumcursavi atque omnibus latebris
perreptavi:

Quaerere conservam voce, oculis, auribus, ut per-
vestigarem; 140

Neque eam usquam invenio, neque, quo eam, neque,
qua quaeram, consultum est; as. ex t. d. et i. d. c.

Neque, quem rogitem responsorem, interea quem-
quam invenio;

Neque mage solae terrae sunt, quam loca haec at-
que haec regiones;

Neque, si vivit, eam vivam unquam quin inveniam
desistam.

PALAESTRA.

Quaenam vox prope mi hic sonat?

AMPELISCA.

Pertimui! prope hic quis loquitur? 145

PALAESTRA.

Spes bona, mi, obsecro, subventa! t. d.

AMPELISCA.

Mulier est; muliebris vox mi ad auris venit. — c. t.

Eximes ex hoc miseram metu? c. tr.

PALAESTRA.

Certo vox muliebris tetigit auris meas. c. t.

Num Ampeliska, obsecro, est?

AMPELISCA.

Ten', Palaestra, audio? 150

PALAESTRA.

Quin voco, ut me audiat, nomine illam suo?

Ampeliska!

AMPELISCA.

Hem, quis est?

PALAESTRA.

Ego Palaestra sum. co. ex c. d. et t. h.

AMPELISCA.

Dic, ubi es!

PALAESTRA.

Pol ego nunc in malis plurimis. c. t.

AMPELISCA.

Socia sum nec minor pars mea est, quam tua.

Sed videre expeto te.

PALAESTRA.

Mihi es aemula. 155

AMPELISCA.

Consequamur gradu vocem. Vbi es?

PALAESTRA.

Ecce me!

Accede ad me atque adi contra.

AMPELISCA.

Fit sedulo.

PALAESTRA.

Cedo manum.

AMPELISCA.

Accipe.

PALAESTRA.

Dic: vivisne, obsecro? as. ex 2 t. h.

AMPELISCA.

Tu facis me quidem, ut vivere nunc velim,
 Quom mihi te licet tangere! Vt vix mihi c. t. 160
 Credo ego hoc, te tenere! Obsecro, amplectere,
 Spes mea! Vt me omnium iam laborum levas!

PALAESTRA.

Occupas praeloqui, quae mea oratio est.
Nunc abire hinc decet nos.

AMPELISCA.

Quo, amabo, ibimus?

PALAESTRA.

Litus hoc persequamur.

AMPELISCA.

Sequor, quo lubet. 165

PALAESTRA.

Siccine hic cum uvida veste grassabimur?

AMPELISCA.

Hoc, quod est, id necessarium est perpeti.
Sed quid hoc, obsecro, est?

PALAESTRA.

Quid vides? c. tr.

AMPELISCA.

Viden' hoc, amabo, fanum?

PALAESTRA.

Vbi est?

AMPELISCA.

Ad dexteram. i. s.

PALAESTRA.

Video decorum dis locum viderier. 170

AMPELISCA.

Haud longe abesse oportet homines hinc: ita hic
lepidust locus. i. t.

Est deus: veneror, uti nos ex hac aerumna eximat;
t. t. c.

Miseras, inopes, aerumnosas aliquo ut auxilio adiuvet.

SACERDOS. PALAESTRA.
AMPELISCA.

SACERDOS.

Qui sunt, qui a patrona preces mea expetessunt?

b. t. I, 5.

Nam vox me precantum huc foras excitavit. 175

Bonam atque obsequentem deam atque haud gravatam

Patronam exsequuntur benignamque multum.

PALAESTRA.

Iubemus te salvere, mater.

SACERDOS.

Salvete,

Puellae. Sed unde ire uvida cum veste as. ex b. d.

et t. d. br.

Vos dicam, obsecro, tam moestiter vestitas? 180

PALAESTRA.

Eloco hinc imus haud longule ex hoc loco; c. t.

Verum longe hinc abest, unde vectae sumus.

SACERDOS.

Nempe equo ligneo per vias caerulas

Estis vectae.

PALAESTRA.

Admodum.

SACERDOS.

Ergo aequius vos erat

Candidatas venire hostiatisque ad hoc 185

Fanum: ad istunc modum non veniri solet.

PALAESTRA.

Quaene eiectae e mari sumus ambae, obsecro?

co. ex c. d. et t. h.

Vnde nos hostias agere voluisti huc?
 Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum, c. t.
 Quae in locis nesciis nescia spe sumus: 190
 Vt tuo recipias tecto servesque nos,
 Miserarumque te ambarum uti misereat, as. ex b. d.
 et i. h.

Quibus nec locus ullus nec spes parata est,
 Neque hoc amplius, quod vides, nobis quidquam
 est! b. t.

SACERDOS.

Manus mihi date! exsurgite a genibus ambae! 195
 Misericordior nulla me est feminarum.
 Sed res pauperes sunt inopesque haec, puellae;
 Egomet vix vitam colo; b. tr. c.
 Veneri cibo meo servio.

AMPELISCA.

Veneris fanum, obsecro, hoc est? i. t. c.

SACERDOS.

Fateor. Ego huius fani sacerdos clueo. Verum,
 quidquid est, t. t. c. 200
 Comiter nunc fiet a me, quo valebit copia.
 Ite hac mecum.

PALAESTRA.

Amice benigneque honorem b. t.

Habes nostrum, mater.

SACERDOS.

Oportet. b. tr.

PISCATORES.

Omnibus modis, qui pauperes sunt homines, miseri
vivont; i. t. c. II, 1.

Praesertim quibus nec quaestus est neque artem
didicere ullam. 205

Necessitate, quidquid est domi, id sat est habendum.
Nos iam de ornatu propemodum ut locupletes si-
mus scitis.

Hic hami atque haec arundines sunt nobis quaestu
et cultu;

Quotidie ex urbe ad mare huc prodimus pabu-
latum;

Pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habe-
mus; 210

Echinos, lepadas, ostreas, balanos, captamus, con-
chas,

Marinam urticam, musculos, placusias striatas;

Post id piscatum hamatilem et saxatilem adgre-
dimur:

Cibum captamus e mari. Si eventus non evenit

Neque quidquam captum est piscium: salsi lautique
pure 215

Domum redimus clanculum; dormimus incoenati.

Atque ut nunc valide fluctuat mare: nulla nobis
spes est.

Nisi quid concharum capsimus: coenati sumus pro-
fecto.

Nunc Venerem hanc veneremur bonam, ut nos le-
pide adiuri; hodie.

TRACHALIO. PISCATORES.

TRACHALIO.

Animum advorsavi sedulo, ne herum usquam prae-
 terirem: i. t. c. II, 2. 220

Nam quom modo exhibat foras, ad portum se ai-
 bat ire;

Me huc obviam iussit sibi venire ad Veneris fanum.
 Sed, quos perconter, commode eccos video adsta-
 re: adibo.

Salvete, fures maritumi, conchitae atque hamiotae,
 Famelica hominum natio. Quid agitis? ut peritis? 225

PISCATOR.

Vt piscatorem aequom est, fame, siti, spe.

TRACHALIO.

Ecquem adolescentem
 Vidistis facie stfenua, dum illic adstatis, fortem,
 Rubicundum, qui tris duceret chlamydotos cum ma-
 chaeris?

PISCATOR.

Nullum istac facie, ut praedicas, venisse huc scimus.

TRACHALIO.

Ecquem
 Recalvom ac silonem senem, statutum, ventriosum,

230

Tortis superciliis, contracta fronte, fraudulentum,
 Deorum odium atque hominum malum, viti probri-
 que plenum,

Qui duceret mulierculas duas secum satis venustas?

PISCATOR.

Cum istiusmodi virtutibus operisque natus qui sit,
Ad carnificem eum quidem aequius, quam ad Ve-
nerem, conmeare. 235

TRACHALIO.

At si vidistis, dicite.

PISCATOR.

Huc profecto nullus venit.

Vale.

TRACHALIO.

Valete. — Credidi. Factum est, quod suspi-
cabar:

Data verba hero sunt: leno abit scelestus exulatum;
In navem ascendit, mulieres avexit. Hariolus sum.
Is huc herum etiam ad prandium vocavit sceleris
semen. 240

Nunc quid mihi meliust, quam eloco hic herum ope-
riar, dum veniat?

Eadem, si quid amplius scit Veneria haec sacerdos,
Si videro, exquaesivero. Faciet me certiore.

AMPELISCA. TRACHALIO.

AMPELISCA.

Intellego: hanc, quae proxima villa est Venerio
fano, i. t. c. II, 3.

Pulsare iussisti atque aquam rogare.

TRACHALIO.

Quoia ad auris 245

Vox mi advolavit?

AMPELISCA.

Obsecro, qui hic loquitur? quem ego video?

TRACHALIO.

Estne Ampelisca haec, quae foras e fano egreditur?

AMPELISCA.

Estne hic

Trachalio, quem conspico, calator Pleusidippi?

TRACHALIO.

Ea est.

AMPELISCA.

Is est. Trachalio, salve.

TRACHALIO.

Salve, Ampelisca.

Quid tu agis?

AMPELISCA.

Aetatem haud malam male.

TRACHALIO.

Melius ominare. 250

AMPELISCA.

Verum omnis sapientis decet conferre et fabulari.

Sed Pleusidippus tuos herus ubi, amabo, est?

TRACHALIO.

Heia vero,

Quasi non sit intus!

AMPELISCA.

Neque pol est neque huc quidem ullus venit.

TRACHALIO.

Non venit?

AMPELISCA.

Vera praedicas.

TRA-

TRACHALIO.

Non est meum, Ampelisca.
Sed quam mox coctum est prandium?

AMPELISCA.

Quod prandium, obsecro te? 255

TRACHALIO.

Nempe rem divinam facitis hic.

AMPELISCA.

Quid somnias, amabo?

TRACHALIO.

Certe huc Labrax ad prandium vocavit Pleusidippum,
Herum meum herus voster.

AMPELISCA.

Pol haud miranda facta dicis:
Si deos decepit et homines, lenonum more fecit.

TRACHALIO.

Non rem divinam facitis hic vos neque herus?

AMPELISCA.

Hariolare. 260

TRACHALIO.

Quid tu agis hic igitur?

AMPELISCA.

Ex malis multis metuque summo
Capitalique ex periculo orbas auxiliique opumque huc
Recepit ad se Veneria haec sacerdos me et Palae-
stram.

TRACHALIO.

An hic Palaestra est, obsecro te, heri mei ami-
cula?

AMPELISCA.

Certo.

TRACHALIO.

Inest lepos in nuntio tuo magnus, mea Ampelisca. 265
Sed istuc periculum perlubet quod fuerit vobis scire.

AMPELISCA.

Confracta, mi Trachalio, est hac nocte navis nobis.

TRACHALIO.

Quid? navis? quae istaec fabula est?

AMPELISCA.

Non audivisti, amabo,
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit
In Siciliam, et, quidquid domi fuit, in navem inpo-
sivit? 270

Ea nunc perierunt omnia.

TRACHALIO.

Oh, Neptune lepide, salve!
Nec te aleator ullus est sapientior. Profecto
Nimis lepide iecisti bolum: periurum perdidisti!
Sed nunc ubi est leno Labrax?

AMPELISCA.

Perit potando, opinor:
Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. 275

TRACHALIO.

Credo hercle anancaeo datum, quod biberet. Vt
ego amo te,

Mea Ampelisca! ut dulcis es! ut mulsa dicta dicis!
Sed tu et Palaestra quomodo salvae estis?

AMPELISCA.

Scibis faxo.
E navi timidae ambae in scapham insiluimus, quia
videmus

Ad saxa navem ferrier; properans exsolvi restim.

Dum illi timent: nos cum scapha tempestas dextro-
vorum

Differt ab illis; itaque nos ventisque fluctibusque
Iactatae exemplis plurimis miserae perpetuam noctem.
Vix hodie ad litus pertulit nos ventus exanimatas.

TRACHALIO.

Novi: Neptunus ita solet. Quamvis fastidiosus 285
Aedilis est: si quae improbae sunt merces, iactat
omnis.

AMPELISCA.

Vae capiti atque aetati tuae!

TRACHALIO:

Tuo, mea Ampelisca.

Scivi lenonem faceret hoc, quod fecit; saepe dixi.
Capillum promittam optimum est occipiamque ha-
riolari.

AMPELISCA.

Cavistis ergo tu atque herus, ne abiret, quom sci-
batis? 290

TRACHALIO.

Quid faceret?

AMPELISCA.

Si amabat, rogas, quid faceret? Adservaret
Dies noctisque, in custodia esset semper. Verum
ecastor,

Vt multi, fecit: ita probe curavit Pleusidippus.

TRACHALIO.

Cur tu istuc dicis?

AMPELISCA.

Res palam est.

TRACHALIO.

Scin' tu? etiam, qui it lavatum

In balineas, quom ibi sedulo sua vestimenta ser-
vat, 295

Tamen subripiuntur: quippe qui, quem illorum ob-
servet, falsust.

Fur facile, quem observet, videt; custos, qui fur
sit, nescit.

Sed duce me ad illam. Vbi est?

AMPELISCA.

I sane in Veneris fanum huc intro:
Sedentem flentemque opprimes.

TRACHALIO.

Vt iam istuc mihi molestum est!
Sed quid flet?

AMPELISCA.

Ego dicam tibi: Hoc sese excru-
ciat animi: 300
Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat ubi-
que habebat,
Qui suos parentes noscere potesset. Eam veretur,
Ne perierit.

TRACHALIO.

Vbinam ea fuit cistellula?

AMPELISCA.

Ibidem in navi

Conclisit ipse in vidulum: ne copia esset eius,
Qui suos parentes nosceret.

TRACHALIO.

O facinus inpudicum, 305
Quam liberam esse oporteat, servire postulare!

AMPELISCA.

Nunc eam cum navi scilicet abisse pessum in altum.
Et aurum et argentum fuit lenonis omne ibidem.

Credo aliquem inmersisse atque eum excepisse. Id
misera moesta est,
Sibi eorum evenisse inopiam.

TRACHALIO.

Iam istoc mage usus facto est, 310
Vt eam intro consolerque eam, ne sic se excruciet
animi:

Nam multa praeter spem scio multis bona evenisse.

AMPELISCA.

At ego etiam, qui speraverint, spem decepisse multos.

TRACHALIO.

Ergo animus aequos optimum est aerumnae condi-
mentum.

Ego eo intro, nisi quid vis.

AMPELISCA.

Eas. Ego, quod mihi imperavit 315
Sacerdos, id faciam atque aquam hinc de proximo
rogabo:

Nam extemplo si verbis suis peterem, daturos dixit;
Neque digniorem censeo vidisse anum me quemquam,
Quoi deos atque homines censeam benefacere ma-
gis decere.

Vt lepide, ut liberaliter, ut honeste atque haud gra-
vate 320

Timidas, egentis, uvidas, eiectas, exanimatas.

Accepit ad sese, haud secus, quam si ex se simus
natae!

Vti subcincta eapse aquam calefactat: ut lavemus!
Nunc, ne morae illi sim, petam hinc aquam, unde
mihi imperavit.

Heus, ecquist in villa? ecquis hoc recludit? ecquis
prodit? 325

SCEPARNIO. AMPELISCA.

SCEPARNIO.

Quis est, qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam? i. t. II, 4.

AMPELISCA.

Ego sum

SCEPARNIO.

Hem, quid hoc boni est? Heu, edepol specie lepida mulierem!

AMPELISCA.

Salve, adolescens.

SCEPARNIO.

Et tu multum salveto, adolescentula. t. t. c.

AMPELISCA.

Ad vos venio

SCEPARNIO.

Accipiam hospitio, si nox venis as. ex t. d. et i.
Ita ut adfecta: nam nunc nihil est quidem in manum. 330

Sed quid ais, mea lepida, hilara?

AMPELISCA.

Ah, nimium familiariter t. t. c.

Me attrectas.

SCEPARNIO.

Proh di immortales, Veneris ecfigia haec quidem est!

Vt in ocellis hilaritudo est! Heia, corpus quouismodi
Subvolturium! illud quidem, subaquilum, volui dicere.
Vel papillae quouismodi! Tum quae indoles in savio
est! 335

AMPELISCA.

Non ego sum pollucta pago. Potin', ut me abstin-
neas manum?

SCEPARNIO.

Non licet te sic, sic placide, bellam belle, tangere?

AMPELISCA.

Otium ubi erit: tum tibi operam ludo et deliciae
dabo;

Nunc, quamobrem huc sum missa, amabo, vel tu
mi aias vel neges.

SCEPARNIO.

Quid nunc vis?

AMPELISCA.

Sapienti ornatus, quid velim, indicium facit. 340

SCEPARNIO.

Meus quoque hic sapienti ornatus, quid velim, in-
dicium facit.

AMPELISCA.

Haec sacerdos hinc me petere iussit a vobis aquam.

SCEPARNIO.

At ego basilicus sum, quem nisi oras, guttam non
feres.

Nostro illunc puteum periclo et ferramentis fodimus:
Nisi multis blanditiis, a me gutta non ferri potest. 345

AMPELISCA.

Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti
commodat?

SCEPARNIO.

Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi com-
modat?

AMPELISCA.

Imo etiam tibi, mea voluptas, quae voles, faciam omnia.

SCEPARNIO.

Eugepae, salvos sum! haec iam me suam voluptatem vocat!

Dabitur tibi aqua: ne nequidquam me ames. Cedo mi urnam.

AMPELISCA.

Cape. 350

Propera, amabo, efferre.

SCEPARNIO.

Manta: iam hic ero, voluptas mea.

AMPELISCA.

Quid sacerdoti me dicam hic demoratum tam diu?
Vt etiam nunc misera timeo, ubi oculis intueor mare!

Sed quid ego misera video procul in litore? i. s.
Meum herum lenonem Siciensemque hospitem, 355
Quos periisse ambos misera censebam in mari!
Iam illuc mali plus nobis vivit, quam ratae.

Sed quid ego cesso fugere in fanum ac dicere haec

Palaestrae: in aram uti confugiamus prius
Quamde huc scelestus veniat nosque hic opprimat 360
Leno? Confugiam hinc: ita res subito suppetit.

S C E P A R N I O.

Proh di immortales, in aqua nunquam credidi
i. s. II, 5.

Voluptatem inesse tantam! ut hanc traxi lubens!

Nimio minus altus puteus visust, quam prius.

Vt sine labore hanc extraxi! Praefiscine, 365

Satis nequam sum: utpote amare qui hodie inceperim. —

Hem tibi aquam, mea tu bella! Tene iam.
Sic volo

Te ferre honeste, ut ego fero: ut placeas mihi. —
Sed ubi tu es, delicata? Cape aquam hanc, sis.
Vbi es? —

Amat hercle me, ut ego opinor: delituit mala. — 370
Vbi tu es? etiamne hanc urnam acceptura es? ubi
es? —

Commodule! meliust! — Tandem vero serio!
Etiam acceptura es urnam hanc? ubi tu es gentium?
Nusquam hercle equidem illanc video. Ludos me
facit.

Adponam hercle urnam iam ego hanc in media
via. 375

Sed autem quid, si hanc hinc abstulerit quispiam
Sacram urnam Veneris? Mi exhibeat negotium.
Metuo hercle, ne illa mulier mi insidias locet,
Vt comprehendar cum sacra urna Veneria.
Nempe optumo me iure in vinclis enicet 380
Magistratus, si quis me hanc habere viderit:
Nam haec literata est: ab se cantat, quonia sit.
Iam hercle evocabo hinc hanc sacerdotem foras:
Vt hanc accipiat urnam. Accedam huc ad foris.
Heus, sis, Ptolemocratia, cape hanc urnam tibi! 385
Muliercula hanc nescio quae huc ad me detulit.
Introferunda est. — Reperi negotium,
Si quidem mihi his ultro adgerunda etiam est aqua.

L A B R A X . . C H A R M I D E S .

L A B R A X .

Qui homo hominem sese miserum et mendicum
volet, i. s. II, 6.

Neptuno credat sese atque aetatem suam: 390

Nam si quis cum eo quid rei commiscuit,

Ad hoc exemplum amittit ornatum domum.

Edepol, Libertas, lepida es, quae nunquam pedem

Voluisti in navem cum Hercule una inponere!

Sed ubi ille meus est hospes, qui me perdidit? 395

Atque, eccum, incedit.

C H A R M I D E S .

Quo, malum, properas, Labrax?

Nam equidem te nequeo consequi tam strenue.

L A B R A X .

Vtinam, te prius quamde oculis vidissem meis,

Malo cruciatu in Sicilia perbiteres,

Quem propter hoc mihi obtigit misero mali! 400

C H A R M I D E S .

Vtinam, quom in aedis me ad te adduxisti tuas,

In carcere illo potius cubuissem die!

Deosque immortalis quaeso, dum vivas, uti

Omnis tui similis hospites habeas tibi.

L A B R A X .

Malam Fortunam in aedis te adduxi meas. 405

Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio,

Quidve hinc abitio, quidve in navem inscensio,

Vbi perdidisti etiam plus boni, quam mihi fuit?

C H A R M I D E S .

Pol' minime miror, navis si fracta est tibi,

Scelus te et sceleste parta quae vexit bona. 410

LABRAX.

Pessumdedisti me blandimentis tuis.

CHARMIDES.

Scelestiorem coenam coenavi tuam,
 Quam quae Thyestae anteposita est et Tereo.

LABRAX.

Perii, animo male fit! Contine, quaeso, caput.

CHARMIDES.

Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas. 415

LABRAX.

Eheu, Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc?

CHARMIDES.

Piscibus in alto, credo, praebent pabulum.

LABRAX.

Mendicitatem mi obtulisti opera tua,
 Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis.

CHARMIDES.

Bonam est quod habeas gratiam merito mihi, 420
 Qui te ex insulso salsum feci opera mea.

LABRAX.

Quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem?

CHARMIDES.

Deliras: eam quidem rem agebam commodum.

LABRAX.

Eheu, quis vivit me mortalis miserior?

CHARMIDES.

Ego multo tanto miserior, quam tu, Labrax. 425

LABRAX.

Qui?

CHARMIDES.

Quia ego indignus sum, tu dignus, qui sies.

LABRAX.

Ō scirpe, scirpe, laudō fortunas tuas,
Qui semper servas gloriam aritudinis!

CHARMIDES.

Equidē me ad velitationem exerceo:
Nam omnia corusca prae tremore fabulor. 430

LABRAX.

Edepol, Neptune, es balneator frigidus:
Cum vestimentis, postquam abs te abii, algeo.
Nae, thermopolium quidem nullum instruit:
Ita salsam praebet potionem et frigidam.

CHARMIDES.

Vt fortunati sunt fabri ferrarii, 435
Qui apud carbones adsident! semper calent.

LABRAX.

Vtinam fortuna ego anatina nunc uterer,
Vti, quom exivissem ex aqua, arerem tamen!

CHARMIDES.

Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem?

LABRAX.

Quapropter?

CHARMIDES.

Quia pol clare crepito dentibus. 440
Iure optumo modo me lavisse arbitror.

LABRAX.

Qui?

CHARMIDES.

Quia enim auderem tecum in navem ascendere,
Qui a fundamento mi usque movisti mare.

LABRAX.

Tibi auscultavi: tu promittebas mihi,

Illi esse quaestum maxumum meretricibus; 445
Ibi me conruere posse aiebas divitias.

CHARMIDES.

Iam postulabas, te, impurata belua,
Totam Siciliam devoratum ire insulam.

LABRAX.

Quaenam balaena meum voravit vidulum,
Aurum atque argentum ubi omne compactum fuit? 450

CHARMIDES.

Eadem illa, credo, quae meum marsupium,
Quod plenum argenti fuit, in sacciperio.

LABRAX.

Eheu, redactus sum usque ad unam hanc tuniculam
Et ad hoc misellum pallium! perii oppido!

CHARMIDES.

Vae consociare mihi quidem tecum licet: 455
Aequas habemus partis.

LABRAX.

Saltem si mihi

Mulierculae essent salvae: spes aliqua forent;
Nunc si me adulescens Pleusidippus viderit,
A quo arrhabonem pro Palaestra acceperam:
Iam se exhibebit hic mihi negotium. 460

CHARMIDES.

Quid, stulte, ploras? tibi quidem edepol copia est,
Dum lingua vivet, qui rem solvas omnibus.

SCEPARNIO. CHARMIDES. LABRAX.

SCEPARNIO.

Quid illuc, obsecro, negoti, quod duae mulierculae
t. t. c. II, 7.

Hic in fano Veneris signum flentes amplexae tenent,
Nescio quem metuentes miserae? nocte hac vero
proxima 465

Se iactatas atque eiectas hodie esse aiunt e mari.

LABRAX.

Obsecro hercle, adulescens, ubi istaec sunt, quas me-
moras, mulieres?

SCEPARNIO.

Hic in fano Veneris.

LABRAX.

Quot sunt?

SCEPARNIO.

Totidem, quot ego et tu sumus.

LABRAX.

Nempe meae?

SCEPARNIO.

Nempe nescio istuc.

LABRAX.

Qua sunt facie?

SCEPARNIO.

Scitula,

Vel ego amare utramvis possim, si probe adpotus
siem. 470

LABRAX.

Nempe puellae?

SCEPARNIO.

Nempe molestus es. I, vise, si lubet.

LABRAX.

Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides.

CHARMIDES.

Iupiter te perdat et, si sunt, et, si non sunt, tamen!

LABRAX.

Introrumpam iam huc in Veneris fanum.

CHARMIDES.

In barathrum mavelim. —

Obsécro, hospes, da mihi aliquid, ubi condormiscam,

loci. 475

SCEPARNIO.

Istic, ubi vis, condormisce: nemo prohibet: publicum est.

CHARMIDES.

At vides me, ornatus ut sim vestimentis uvidis:

Recipe me in tectum; da mihi vestimenti aliquid aridi,

Dum mea arescunt. In aliquo gratiam referam tibi.

SCEPARNIO.

Tegillum ecce illud mihi unum arescit; id, si vis, dabo: 480

Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit.

Tu istaec mihi dato: exarescent faxo.

CHARMIDES.

Eho, an te poenitet,

In mari quod elavi, nisi hic in terra iterum eluam?

SCEPARNIO.

Eluas tu an exungare, ciccum non interduim.

Tibi ego nunquam quidquam credam, nisi accepto pignore. 485

Tu vel suda vel peri algu, vel tu aegrota vel vale.

Barbarum hospitem mi in aedis nil moror: sat litium est.

CHARMIDES.

Iamne abis? Venalis illic ductitavit, quisquis est:
Non est misericors. Sed quid ego hic adsto infelix, uvidus?

Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiscam
hanc crapulam, 490

Quam potavi praeter animi, quam lubuit sententiae?
Quasi vinis graecis Neptunus nobis subfudit mare,
Itaque alvom prodi speravit nobis salsis poculis.
Quid opust verbis? si invitare nos paulisper pergeret:

Ibidem obdormissemus; nunc vix vivos amisit domum. 495

Nunc lenonem, quid agit intus, visam, convivam meum.

D A E M O N E S.

Miris modis di ludos faciunt hominibus, i. s. III, 1.

Mirisque exemplis somnia in somnis danunt;

Ne dormientis quidem sinunt quiescere.

Velut ego hac nocte, quae praecessit, proxuma 500

Mirum atque inscitum somniavi somnium.

Ad hirundinum nidum visa est simia

Ascensionem ut faceret admolirier,

Neque eas eripere quibat inde. Postibi

Videbatur ad me simia adgredirier 505

Rogare, scalas ut darem utendas sibi.

Ego ad hoc exemplum simiae respondeo:

Natas ex Philomela ac Procne esse hirundines:

Ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus.

Atque

Atque illa animo iam fieri ferocior: 510
 Videtur ultro mihi malum minitarier;
 In ius vocat med. Ibi ego nescio quomodo
 Iratus videor mediam arripere simiam;
 Concludo in vincla bestiam nequissumam.
 Nunc, quam ad rem dicam hoc attinere somnium, 515
 Nunquam hodie quivi ad coniecturam evadere.
 Sed, quid hic in Veneris fano oritur clamoris, ani-
 mus mirat. t. t.

TRACHALIO. DAEMONES.

TRACHALIO.

Proh, Cyrenenses populares, vostram ego inploro
 fidem! t. t. c. III, 2.
 Agricolae, adcolae, propinqui qui estis his re-
 gionibus,
 Ferte opem inopiae atque exemplum pessimum pes-
 sumdate, 520
 Vindicate: ne inpiorum potior sit pollentia,
 Quam innocentum, qui se scelere fieri nolunt no-
 biles.
 Statuite exemplum inpudenti; date pudori praemium!
 Facite hic lege potius liceat, quam vi, vitam vivere!
 Currite huc in Veneris fanum! Vostram iterum in-
 ploro fidem, 525
 Qui prope hic adestis quique auditis clamorem meum,
 Ferte suppetias, qui Veneri Veneriaeque antistitae
 More antiquo in custodelam suam commiserunt caput!
 Praetorquete iniuriae prius collum, quam ad vos
 pervenat!

DAEMONES.

Quid istuc est negoti?

TRACHALIO.

Per ego te haec genua obtestor, senex, 530
Quisquis es

DAEMONES.

Quin tu ergo omitte genua et, quid sit, mi
expedi,
Quod tumultues?

TRACHALIO.

Teque oro et quaeso, si speras tibi
Multum hoc anno futurum sirpe et laserpitium,
Eamque eventuram exagogam Capuam salvam et
sospitem,
Atque ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi . . .

536

DAEMONES.

Sanun' es?

TRACHALIO.

Seu tibi confidis fore multam magударim,
Vt te ne pigeat dare operam mihi, quod te orabo,
senex.

DAEMONES.

At ego te per crura et talos tergumque obtestor tuom,
Vt tibi ulmeam uberem esse speras virgidemiam,
Et tibi eventuram hoc anno uberem messem mali, 540
Vt mi istuc dicas negoti quid sit, quod tumultues.

TRACHALIO.

Qui lubet maledicere? Equidem tibi bona optavi
omnia.

DAEMONES.

Bene equidem tibi dico, qui, te digna ut eveniant,
precor.

TRACHALIO.

Obsecro, hoc praevertere ergo.

DAEMONES.

Quid negoti est?

TRACHALIO.

Mulieres

Duae innocentes intus hic sunt, tui indigentes au-
xili, 545

Quibus advorsum ius legesque hic insignite iniuria
Facta est fitque in Veneris fano; tum sacerdos Ve-
neria

Indigne adfflictatur.

DAEMONES.

Quis homo est tanta confidentia,
Qui sacerdotem audeat violare? Sed eae mulieres
Quae sunt, aut quid iis iniqui fit?

TRACHALIO.

Si das operam, eloquar. 550
Veneris signum sunt amplexae; nunc deripere volt eas
Ambas.

DAEMONES.

Esse oportet Qui istic est, qui
tam parvi deos

Pendit?

TRACHALIO.

Fraudis, sceleris, parricidi periurique plenus, t. t.
Legirupa, inpudens, impurus, inverecundissimus; t. t. c.
Vno verbo absolvam: leno est. Quid illunc porro
praedicem? 555

DAEMONES.

Edepol infortunio hominem praedicas donabilem.

TRACHALIO.

Quine sacerdoti scelestus faucis interpresserit?

DAEMONES.

At malo cum magno fecit hercle suo. Ite istinc foras,
Turbalio, Sparax! Vbi estis?

TRACHALIO.

I, obsecro, intro! subveni
illis!

DAEMONES.

Iterum autem imperabo? — Sequimini hac!

TRACHALIO.

Age, nunc iam 560

Iube oculos elidere itidem, ut sepius faciunt coqui!

DAEMONES.

Proripite hominem pedibus huc itidem, quasi occi-
sam suam! —

TRACHALIO.

Audio tumultum: opinor, leno pugnis pectitur.
Nimis velim improbissimo homini malas edentaverint.
Sed, eccas, ipsae huc egrediuntur timidae e fano
mulieres. 565

PALAE STRA. AMPELISCA.
TRACHALIO.

PALAE STRA.

Nunc id est, quom omnium copiarum atque opum,
c. t. III, 3.

Auxili, praesidi, viduitas nos tenet,

Nec via est, quae salutem adferat; c. tr.
 artem ingredi persequamur. b. t.
 in metu nunc sumus ambae: 570

Tanta inportunitas tantaque iniuria c. t.
 Facta in nos est modo hic intus ab nostro hero,
 Qui scelestus sacerdotem anum praecipēs
 Repulit, propulit, perquam indignis modis,
 Nosque ab signo intumo vi deripuit suas. 575
 Sed, nunc se ut res fortunaequae nostrae ferunt,
 Par moriri est neque est melius morte in malis
 Rebus, miseris.

TRACHALIO.

Quid est? quae illaec oratio est?
 Cesso ego has consolari? Heus, Palaestra!

PALAESTRA.

Qui co. ex c. d. et. t. h.

Vocat?

TRACHALIO.

Heus, Ampelisca!

AMPELISCA.

Obsecro, qui est, qui vocat? co. ex b. d.
 et i. d. br. 580

Quis is est, qui nominat?

TRACHALIO.

Si respexis: scies. c. t.

PALAESTRA.

O salutis meae spes!

TRACHALIO.

Tace ac bono animo es.

Me vide!

PALAESTRA.

Si modo id liceat, vis ne opprimat,
Quae vis, vim mi adferam ipsa, adigit.

TRACHALIO.

Ah, desine:

Nimis inepta es.

c. h. 585

PALAESTRA.

Desiste dictis nunc iam miseram me consolari. i. t. c.
Nisi quid re praesidium adparas, Trachalio: acta
haec res est!

Certum est moriri, quam hunc pati lenonem in
me ! i. tr. h.

Sed muliebri animo sum tamen: ut miserae in men-
tem est

Mihi mortis, metus membra occupat. Edepol hoc
acerbum! 590

TRACHALIO.

Bonum animum habete.

PALAESTRA.

Nam, obsecro, unde animus mihi inveniatur? i. t. c.

TRACHALIO.

Ne, inquam, timete. Adsidite hic in ara.

AMPELISCA.

Istaec quid ara
Prodesse nobis plus potest, quam signum in fano
hic intus

Veneris, quod amplexae modo, unde abreptae per
vim miserae?

TRACHALIO.

Sedete hic modo: ego hinc vos tamen tutabor. Aram
habete hanc 595

Vobis pro castris, moenia hunc: ego vos defensabo.
Praesidio Veneris malitiae lenonis contra incedam.

AMPELISCA.

Tibi auscultemus et, Venus alma, ambae te obse-
cramus,

Aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, geni-
bus nixae,

Nos in custodelam tuam ut recipias et tutere; 600
Illos scelestos, qui tuom fecerunt fanum parvi,

Vt ulciscare, nosque ut hanc tua pace aram ob-
sidere

Sinas, quae elautae ambae sumus opera Neptuni
noctu,

Neque indignum habeas neve idcirco nobis vi-
tio vortas,

Si quidpiam est, minus quod bene esse lautum ar-
bitrere. 605

TRACHALIO.

Aequom petere has intellego: decet abs te id in-
petrari.

Ignoscere his te convenit: metus has, id faciant,
subigit.

Te ex concha natam esse autumant: cave tu harum
conchas spernas.

Sed optume, eccum, exit senex patronus mihique et
vobis.

DAEMONES. LABRAX. MULIERES.
LORARIUS. TRACHALIO.

DAEMONES.

Exi e fano, natum quantum est, hominum sacrile-
gissime! t. t. c. III., 4. 610

Vos in aram abite sessum. Sed ubi sunt . . . ?

TRACHALIO.

Huc respice.

DAEMONES.

Optume.

LORARIUS.

Istuc volueramus. Iube modo accedat prope
Legirupionem hunc.

DAEMONES.

Tun' nobiscum hic dis facere postulas?
Pugnum in os inpinge.

LABRAX.

Iniqua haec patior cum pretio tuo.

DAEMONES.

At etiam minitatur audax.

LABRAX.

Ius meum ereptum est mihi! 615
Meas mihi ancillas invito me eripuisti!

TRACHALIO.

Ergo dato

De senatu Cyrenensi quemvis opulentum arbitrum,
Si tuas esse oportet, nive eas esse oportet liberas,
Neu te in carcerem conpingi est aequom aetatem-
que ibi

Te usque habitare, donec totum carcerem contri-
veris. 620

LABRAX.

Non hodie isti re auspicavi, ut cum furcifero fabuler;

Te ego adpello.

DAEMONES.

Cum istoc primum, qui te novit, disputa.

LABRAX.

Tecum ago.

TRACHALIO.

Atqui mecum agendum est. Suntne illae ancillae tuae?

LABRAX.

Sunt.

TRACHALIO.

Agedum ergo, tange utramvis digitulo minumo modo.

LABRAX.

Quid, si attigero?

TRACHALIO.

Extemplo hercle ego te follem pugilatorium 625
Faciam et pendentem incursabo pugnis, periurissime!

LABRAX.

Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?

DAEMONES.

Non licet: ita est lex apud nos.

LABRAX.

Mihi cum vestris legibus
Nihil est commercii. Iestas equidem iam ambas
educam foras.

Tu, senex, si istas amas: huic arido argento est
opus. 630

DAEMONES.

Hae autem Veneri conplacuerunt.

LABRAX.

Habeat, si argentum dabit.

DAEMONES.

Det tibi argentum? Nunc adeo, ut meam scias sententiam,

Occipito modo his adferre vim ioculo pauxillulam:
Ita ego te hinc ornatum amittam, tu ipse te ut non noveris!

Vos adeo, ubi ego innoero vobis, ni ei caput exculassitis, 635

Quasi murteta iuncis, item ego virgis circumvinciam!

LABRAX.

Vi agis mecum.

TRACHALIO.

Etiam vim opprobras, flagiti flagrantia?

LABRAX.

Tun', trifurcifer, mihi audes inclementer dicere?

TRACHALIO.

Fateor; ego trifurcifer sum; tu es homo adprime probus.

Numqui minus hasce esse oportet liberas?

LABRAX.

Quid? liberas? 640

TRACHALIO.

Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Graecia:

Nam altera haec est nata Athenis ingenuis parentibus.

DAEMONES.

Quid ego ex te audio?

TRACHALIO.

Hanc Athenis esse natam liberam.

DAEMONES.

Mea popularis, obsecro, haec est?

TRACHALIO.

Non tu Cyrenensis es?

DAEMONES.

Imo Athenis natus altusque educatusque Atticis. 645

TRACHALIO.

Obsecro, defende civis tuas, senex!

DAEMONES.

O filia,

Quom ego hanc video, mearum me absens miseria-
rum conmones!

Trima quae periit mihi, iam tanta est, si vivit, scio.

LABRAX.

Argentum ego pro istisce ambabus, quoniae erant,
domino dedi:Quid mea refert, Athenis haec natae an Thebis
sient, 650

Dum mihi recte servitutum serviant?

TRACHALIO.

Itane, inpudens?

Tune hic, feles virginalis, liberos parentibus

Sublectos habebis atque indigno quaestu conteres?

Nam huic alterae quae patria sit, profecto nescio;

Nisi scio, probiorem hanc esse quam te, inpuratis-
sume. 655

LABRAX.

Tua sunt istaec.

TRACHALIO.

Contende ergo, uter sit tergo verior.

Nisi obfermentas habebis pluris in tergo tuo,
 Quam ulla navis longa clavos: tum ego ero menda-
 cissimus.

Postea adspicito meum, quando ego tuom inspe-
 ctavero.

Nisi erit tam sincerum, ut quivis dicat ampulla-
 rius 660

Optimum esse opere faciundo corium et sinceris-
 sumum:

Quid causae est, quin virgis te usque ad saturitatem
 sauciem?

Quid illas spectas? quas si attigeris: oculos eri-
 piam tibi!

LABRAX.

Atquin, quia vetas, utramque iam mecum abducam
 simul.

DAEMONES.

Quid facies?

LABRAX.

Volcanum adducam: is Venerist advorsarius. 665

DAEMONES.

Quo illic it?

LABRAX.

Heus, ecquis hic est? heus!

DAEMONES.

Si attigeris ostium:
 Iam tibi messis hercle in ore fiet mergis pugneis!

LORARIUS.

Nullum habemus ignem; ficis victitamus aridis.

DAEMONES.

Ego dabo ignem, si quidem in capite tuo conflandi
 copia est.

LABRAX.

Ibo hercle aliquo quaeritatum ignem.

DAEMONES.

Quid, quom inveneris? 670

LABRAX.

Ignem magnum hic faciam.

DAEMONES.

Quin, ut humanum exuras tibi.

LABRAX.

Imo hasce ambas hic in ara ut vivas conburam! Id
volo!

DAEMONES.

Nam hercle ego te barba continuo arripiam et in
ignem coniiciam, t. t.Teque ambustulatum obiiciam magnis avibus pabu-
lum! t. t. c.Quom coniecturam egomet mecum facio: haec
illa est simia, 675Quae has hirundines ex nido volt eripere ingratiis,
Quod ego in somnis somniavi.

TRACHALIO.

Scin' quid? tecum oro, senex,
Vt illas serves, vim defendas, dum ego herum ad-
duco meum.

DAEMONES.

Quaere herum atque adduce.

TRACHALIO.

At hic ne

DAEMONES.

Maxumo malo suo,
Si attigerit, sive occentassit!

TRACHALIO.

Cura.

DAEMONES.

Curatum est: abi. 680

TRACHALIO.

Hunc quoque adserua ipsum, ne quo abitat: nam
promisimus
Carnufici aut talentum magnum aut hunc hodie si-
stere.

DAEMONES.

Vtrum tu, leno, cum malo lubentius i. s.
Quiescis, an sic sine malo, si copia est?

LABRAX.

Ego, quae tu loquere, flocci non facio, senex; 685
Meas quidem ted invito et Venere et summo Iove
De ara capillo iam deripiam.

DAEMONES.

Tangedum.

LABRAX.

Tangam hercle verod.

DAEMONES.

Agedum ergo, accede huc modo.

LABRAX.

Iubedum recedere istos ambo illuc modo.

DAEMONES.

Imo ad te accedent.

LABRAX.

Non hercle egomet censeo. 690

DAEMONES.

Quid ages, si accedent propius?

LABRAX.

Ego recessero;

Verum, senex, si te unquam in urbe obfendero:
 Nunquam hercle quisquam me lenonem dixerit,
 Si non te ludos pessumos dimisero.

DAEMONES.

Facito istuc, quod minitaris; sed nunc interim 695
 Si illas attigeris: dabitur tibi magnum malum.

LABRAX.

Quam magnum vero?

DAEMONES.

Quantum lenoni sat est.

LABRAX.

Minacias non flocci facio istas tuas.
 Equidem eas te invito iam ambas rapiam.

DAEMONES.

Tangedum.

LABRAX.

Tangam hercle vero.

DAEMONES.

Tange; sed scin', quomodo? 700
 Idum, Turbalio, curriculo adfero mihi
 Duas clavas.

LABRAX.

Clavas?

DAEMONES.

Sed probas. Propera cito. —

Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.

LABRAX.

Eheu, scelestus galeam in navi perdididi:
 Nunc mi opportuna hic esset, salva si foret. 705
 Licet saltem mi istas adpellare?

DAEMONES.

Non licet.

Ehem, optume eccum edepol clavator advenit!

LABRAX.

Illud quidem edepol tinnimentum est auribus.

DAEMONES.

Age, accipe illanc alteram clavam, Sparax.

Age, alter istinc, alter hinc adsistite. 710

Adsistite ambo. Sic. Audite nunc iam.

Si hercle illic illas hodie digito tetigerit

Invitas, ni istunc istis invitassitis

Vsque adeo donec, qua domum abeat, nesciat:

Peristis ambo!. Si adpellabit quampiam: 715

Vos respondetote istinc istarunc vicem;

Sin ipsus hinc abire volet: quantum potest

Extemplo ampectitote crura fustibus.

LABRAX.

Etiam me abire hinc non sinent?

DAEMONES.

Dixi satis.

Et illic huc ubi servos cum hero advenerit, 720

Qui herum arcessivit: itote extemplo domum.

Curate haec, sultis, magna diligentia. —

LABRAX.

Heu, hercle nae istic fana mutantur cito!

Hoc Herculi est iam, Veneris quod fanum fuit:

Ita duo destituit signa hic cum clavis senex. 725

Non hercle, quo hinc nunc gentium aufugiam, scio:

Ita nunc mihi utrumque saevit, et terra et mare.

Palaestra!

LORARIUS.

Quid vis?

LABRAX.

RVDENS.

273

LABRAX.

Apage! controversia est:

Haec quidem Palaestra, quae respondit, non
mea est.

Heus, Ampelisca!

LORARIVS.

Cave, sis, infortunio.

730

LABRAX.

Vt potis est, ignavi homines satis recte monent.
Sed (vobis dicod; heus, vos!) num molestia est,
Me adire ad illas propius?

LORARIVS.

Nil nobis quidem.

LABRAX.

Numquid molestum mihi erit?

LORARIVS.

Nil, si caveris.

LABRAX.

Quid est, quod caveam?

LORARIVS.

Ehem, a crasso infortunio! 735

LABRAX.

Quaeso hercle, adire ut liceat.

LORARIVS.

Adeas, si velis.

LABRAX.

Bene hercle factum! Vobis habeo gratiam.
Nunc potius abscedam.

LORARIVS.

Illic adstato eloco!

III.

[18]

LABRAX.

Edepol proveni nequiter multis modis.

Certum est, hasce hodie usque obsidione vincere. 740

PLEVSIDIPPVS. TRACHALIO. MVLIERES. LABRAX. LORARIL. CHARMIDES.

PLEVSIDIPPVS.

Meamne ille amicam leno vi, violentia, i. s. III, 5.

De ara deripere Veneris voluit?

TRACHALIO.

Admodum.

PLEVSIDIPPVS.

Quin occidisti extemplo?

TRACHALIO.

Gladius non erat.

PLEVSIDIPPVS.

Caperes aut fustum aut lapidem.

TRACHALIO.

Quid ego, quasi canem,

Hominem insectarer lapidibus nequissimum? 745

LABRAX.

Nunc pol' ego perii! Pleusidippus, eccum, adest:

Converret iam hic me totum cum pulvisculo.

PLEVSIDIPPVS.

Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,

Quom ad me profectus ire?

TRACHALIO.

Ibidem nunc sedent.

PLEVSIDIPPVS.

Quis illas nunc illic servat?

RVDENS.

275

TRACHALIO.

Nescio qui senex, 550

Vicinus Veneris; is dedit operam optumam;
Is nunc cum servis servat: ego mandaveram.

PLEVSIDIPPVS.

Duc me ad lenonem recta. Vbi illic est homo?

LABRAX.

Salve.

PLEVSIDIPPVS.

Salutem nil moror. Opta ocius:

Rapi te obtorto collo mavis, an trahi?

755

Vtrum vis opta, dum licet!

LABRAX.

Neutrum volo.

PLEVSIDIPPVS.

Abi sane ad litus curriculo, Trachalio:

Iube illos in urbe ire obviam ad portum mihi,

Quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem traderent;

Post huc redito atque agitato hic custodiam. 760

Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem.

Age, ambula in ius.

LABRAX.

Quid ego deliqui?

PLEVSIDIPPVS.

Rogas?

Quia arrhabonem a me accepisti ob mulierem,

Et eam hinc avexti.

LABRAX.

Non avexi.

PLEVSIDIPPVS.

Cur negas?

LABRAX.

Quia pol provexi; avehere non quivi miser. 765
 Equidem tibi me dixeram praesto fore
 Apud Veneris fanum: numquid muto? sumne ibi?

PLEVSIDIPPVS.

In Iure causam dicito; hic verbum sat est:
 Sequere.

LABRAX.

Obsecro te, subveni, mi Charmides:
 Rapior obtorto collo!

CHARMIDES.

Quis me nominat? 770

LABRAX.

Viden' me, ut rapior?

CHARMIDES.

Video atque inspecto lubens.

LABRAX.

Non subvenire mihi audes?

CHARMIDES.

Quis homo te rapit?

LABRAX.

Adulescens Pleusidippus.

CHARMIDES.

Vt nactus's, habe

Bono animo. In nervom meliust te conrepere.

Tibi obtigit, quod plurimi exoptant sibi. 775

LABRAX.

Quid id est?

CHARMIDES.

Vt id, quod quaerant, inveniant sibi.

LABRAX.

Sequere, obsecro, me!

CHARMIDES.

Pariter suades, qualis es.

Tu in nervom rapere; eo me obsecras ut te sequar.
Etiam retentas?

LABRAX.

Perii!

PLEVSIDIPPVS.

Verum sit, velim!

Tu, mea Palaestra et Ampelisca, ibidem illico 780
Manete, dum huc ego redeo.

LORARIVS.

Equidem suadeo,

Vt ad nos abeant potius, dum recipis.

PLEVSIDIPPVS.

Placet;

Bene facitis.

LABRAX.

Fures mi estis.

LORARIVS.

Quid? fures?

PLEVSIDIPPVS.

Rape!

LABRAX.

Oro, obsecro, Palaestra!

PLEVSIDIPPVS.

Sequere, carnufex.

LABRAX.

Hospes!

CHARMIDES.

Non sum hospes; repudio hospitium tuom. 785

LABRAX.

Siccine me spernis?

CHARMIDES.

Sic ago; semel bibo.

LABRAX.

Di te infelicient!

CHARMIDES.

Isti capiti dicito.

Credo alium in aliam beluam hominem vortier;
 Illic in columbum, credo, leno vortitur:
 Nam indu columbari collum haud multo post erit; 790
 In nervom ille hodie nidamenta congeret.
 Verum tamen ibo: ei advocatus ut siem,
 Si qui mea opera citius addici potest.

D A E M O N E S.

Bene factum et volupe est, hodie me his mulierculis
 i. s. IV, 1.
 Tetulisse auxilium: iam clientas reperi, 795
 Atque ambas forma scitula atque aetatula.
 Sed uxor scelestā me omnibus servat modis:
 Ne qui significem quidpiam mulierculis.
 Sed, Gripus servos noster quid rerum gerat,
 Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare. 800
 Pol mage sapisset, si dormivisset domi:
 Nam nunc et operam ludos danit et retiam.
 Vt est tempesta nunc atque ut noctu fuit,
 In digitis hodie percoquam, quod ceperit:
 Ita fluctuare video vehementer mare. 805
 Sed ad prandium uxor me vocat: redeo domum.
 Iam auris opplebit meas sua vaniloquentia.

G R I P V S.

Neptuno has ago gratias, meo patrono, b. t. IV, 2.

Qui salsis locis incolit pisculentis,

Quom med ex suis pulcre ornatum expedit 810

Templis reducem, plurima praeda onustum,

Salute horiae, quae in mari fluctuoso

Piscatu novo me uberi conpotivit;

Miroque modo atque incredibili hic piscatus mihi

lepide evenit; a. t.

Neque piscium ullam unciam hodie pondo as.

ex 2 i. h. 815

Cepi, nisi hoc, quod fero hic in rete.

Nam ut de nocte multa inpigreque exsurrexi: b. t.

Lucrum praeposivi sopori et quieti;

Tempestate saeva experiri expetivi,

Paupertatem heri qui et b. d. 820

Meam sententia tolerarem. Opera haud fui parcus
mea. t. t. c.

Nimis homo nihili est, qui piger est, nimisque id
genus odi ego male;

Vigilare decet hominem, qui volt sua temperi con-
ficere officia: as. ex t. d. et a. d.

Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad
suom suscitet officium:

Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo
quiescunt. t. t. 825

Nam ego nunc mihi, qui inpiger fui, reperi, ut, si
velim, piger sim.

Hoc ego in mare, quidquid inest, reperi. Quidquid
inest, grave est quidem. Aurum

Hic ego inesse reor; nec conscius est mihi ullus
 homo. Haec tibi nunc,
 Gripe, occasio, obtigit, uti liberet ex populo te
 praetor.

Nunc sic faciam, sic consilium est, ad herum ut ve-
 niam docte atque astu: 830

Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim
 liber.

Iam ubi liber ero: igitur demum instruam agrum,
 aedis, mancipia;

Navibus magnis mercaturam faciam; ad reges rex
 perhibebor;

Post animi causa mihi navem faciam atque imitabor
 Stratonicum:

Oppida circumvectitabor. Vbi nobilitas mea erit
 clara: 835

Oppidum magnum comunibo; ei ego urbi Gripo
 indam nomen,

Monumentum meae famae et factis; ibique regnum
 magnum instituam.

Magnas res hic agito in mentem instruere: nunc
 hunc vidulum condam.

Sed hic rex cum aceto pransurust et sale, sine bono
 pulmento.

TRACHALIO. GRIPVS.

TRACHALIO.

Heus, mane!

GRIPVS.

Quid maneam?

TRACHALIO.

Dum hanc tibi, quam trahis, rudentem
complico. t. t. c. IV, 3. 840

GRIPVS.

Mitte modo.

TRACHALIO.

At pol te adiuvabo: bonis quod bene fit,
haud perit.

GRIPVS.

Turbida tempestas here fuit: nil habeo, adulescens,
piscium: i. t.
Ne tu mihi esse postules. Non vides, referre me
avidum

Retem sine squamoso pecu? i. d.

TRACHALIO.

Non edepol piscis expeto, quam tui sermonis sum
indigens. i. t. 845

GRIPVS.

Enicas iam me odio, quisquis.

TRACHALIO.

Non sinam ego te hinc abire. as. ex t. d.
et i. d. c.

Mane.

GRIPVS.

Cave, sis, malo. Quid tu, malum, nam me retrahis?

TRACHALIO.

Audi.

GRIPVS.

Non audio.

TRACHALIO.

At pol quin audies.

GRIPVS.

Post quin loquere quidvis? as. ex 3 i. h.

TRACHALIO.

Eho, modo est operæ pretium, tibi, quod ego volo,
narrare. as. ex t. d. et i. d. c.

GRIPVS.

Eloquere, quid id est.

TRACHALIO.

Vide, prope nos num uspiam consequitur. 850

GRIPVS.

Ecquid est, quod mea referat?

TRACHALIO.

Scilicet. c. t.

Sed boni consilid ecquid in te mihi est?

GRIPVS.

Quid negoti est, modo dice.

TRACHALIO.

Dicam (tace),

Si fidem das modo, non te infidum fore.

GRIPVS.

Do fidem: fidus ero, quisquis es.

TRACHALIO.

Audi. c. t. c. 855

Furtum ego vidi qui faciebat; noram dominum, id
quod fiebat; t. t.Post ad furem egomet devenio feroque ei conditio-
nem hoc pacto.Ego istuc furtum scio quod factum est: nunc mihi
si vis dare dimidium,

Indicium domino non faciam. Is mihi nihil etiam
respondit.

Quid? id æquom est dari mihi? Volo, uti
dicas.

Imo hercle amplius etiam. 860

GRIPVS.

Nam nisi dat, domino dicundum censeo.

TRACHALIO.

Tuo consilio faciam.

Nunc advorte animum: namque ad ted hoc omne
attinet.

GRIPVS.

Quid factum est?

TRACHALIO.

Vidulum istunc, quoiusnam est, novi hominem ego
iampridem

GRIPVS.

Quid est? t. t. c.

TRACHALIO.

Et quo pacto periit.

GRIPVS.

At ego, quo pacto inventust, scio,

Et, qui invenit, hominem novi et, dominus qui nunc
est, scio. 865

Nihilo pol pluris tua hoc, quam quanti illuc refert mea.
Ego illunc novi, quoius nunc est; tu illum, quoius
antehac fuit.

Hunc homo feret a me nemo: ne tute speres po-
tius. as. ex t. d. et i. d. c.

TRACHALIO.

Non ferat, si dominus veniat?

GRIPVS.

Dominus, ne frustra sies, t. t. c.
 Nisi ego, nemo huic natust, hunc qui cepi venatu meo. 870

TRACHALIO.

Itane vero?

GRIPVS.

Ecquem esse dices in mari piscem meum?
 Quos quom capio, si quidem cepi: mei sunt, habeo pro meis,
 Nec manu adseruntur neque illinc partem quisquam postulat;
 In foro palam omnis vendo pro meis venalibus.
 Mare quidem commune certod omnibust.

TRACHALIO.

Adsentio: 875

Qui minus hunc communem quaeso mi esse oportet vidulum?

In mari inventust: communist.

GRIPVS.

Nae inpudenter inpudens!
 Nam si istuc ius sit, quod memoras: piscatores perierint:

Quippe quom extemplo in macellum pisces prolatisient:

Nemo emat, suam quisque partem piscium poscat sibi: 880

Dicat, in mari communi captos.

TRACHALIO.

Quid ais, inpudens?

Ausus etiam comparare vidulum cum piscibus?

Eadem tandem res videtur?

GRIPVS.

In manu non est mea;
Vbi demisi retem atque hamum : quidquid haesit,
extraho.

Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est. 885

TRACHALIO.

Imo hercle haud est, si quidem quod vas excepisti.

GRIPVS.

Philosophe!

TRACHALIO.

Sed tu en unquam piscatorem vidisti, venefice,
Vidulum piscem cepisse aut protulisse ullum in
forum?

Non enim tu hic quidem occupabis omnis quaestus,
quos voles:

Et viotorem et piscatorem te esse, impure, postulas. 890

Vel te mihi monstrare oportet, piscis qui sit vidulus;
Vel, quod in mari non natum est neque habet squamas,
ne feras.

GRIPVS.

Quid tu? nunquam audisti esse antehac vidulum
piscem?

TRACHALIO.

Scelus,

Nullus est.

GRIPVS.

Imo est profecto : ego , qui sum piscator,
scio;

Verum raro capitur: nullus minus saepe ad terram
venit. 895

TRACHALIO.

Nil agis! dare verba speras mihi te posse, furcifer?
Quo colore est?

GRIPVS.

Hoc colore capiuntur pauxilluli.
Sunt alii puniceo corio, magni item atque atrî.

TRACHALIO.

Scio.

Tu hercle, opinor, ted in vidulum convortes, nisi
caves:

Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo. 900

GRIPVS.

Quod scelus hodie hoc inveni?

TRACHALIO.

Verba facimus; it dies:

Vide, sis, quouis arbitrato nos vis facere.

GRIPVS.

Viduli

Arbitrato.

TRACHALIO.

Itan'? Enimvero stultus es.

GRIPVS.

Salve, Thales.

TRACHALIO.

Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut
arbitrum,

Quouis haec res arbitrato fiat.

GRIPVS.

Quaeso, sanus es? 905

TRACHALIO.

Sum elleborosus.

GRIPVS.

At ego cerritus; hunc non amittam tamen.

TRACHALIO.

Verbum adde etiam unum: iam in cerebro colaphos
abstrudam tuo!

Ego iam hic te itidem, quasi peniculus novos ex-
urgeri solet,

Ni hunc amittis, exurgebo, quidquid humoris tibi
est!

GRIPVS.

Tange: adfligam ad terram te itidem, ut piscem so-
leo polypum! 910

Vis pugnare?

TRACHALIO.

Quid opust? Quin tu potius praedam divide.

GRIPVS.

Hinc tu, nisi malum, frunisci nil potes: ne postules.
Abeo ego hinc.

TRACHALIO.

At ego hinc obflectam navem: ne quo ab-
eas. Mane!

GRIPVS.

Si tu proreta isti navi es: ego gubernator ero.
Amitte rudentem, sceleste!

TRACHALIO.

Mittam; omitte vidulum. 915

GRIPVS.

Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.

TRACHALIO.

Non probare pernegando mihi potes, nisi pars
datur

Aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur.

GRIPVS.

Quemne ego excepi in mari

TRACHALIO.

Ast ego inspectavi e litore.

GRIPVS.

Mea opera, labore et rete et horia?

TRACHALIO.

Numqui minus, 920

Si veniat nunc dominus, quous est, ego, qui in-
spectavi procul

Te hunc habere, fur sum, quam tu?

GRIPVS.

Nihilo.

TRACHALIO.

Mane, mastigia:

Quo argumento socius non sum, fur sum? factum
ex te sciam.

GRIPVS.

Nescio neque ego istas vostras leges urbanas scio,
Nisi quia hunc meum esse dico.

TRACHALIO.

Et ego itidem esse aio meum. 925

GRIPVS.

Mane: iam reperi rem, quo pacto nec fur nec so-
cius sies.

TRACHALIO.

Quo pacto?

GRIPVS.

Sine me hinc abire; tu abi tacitus tuam viam;
Nec

Nec tu me quouquam indicassis, neque ego tibi
quidquam dabo.

Tu taceto; ego mussitabo. Hoc optimum atque
aequissimum est.

TRACHALIO.

Ecquid conditionis audes ferre?

GRIPVS.

Iamdudum fero: 930

Vt abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.

TRACHALIO.

Mane, dum refero conditionem.

GRIPVS.

Te, obsecro hercle, aufer modo.

TRACHALIO.

Ecquem in his locis novisti?

GRIPVS.

Oportet vicinos meos.

TRACHALIO.

Vbi tu hic habitas?

GRIPVS.

Porro illic longe usque in campis ultimis.

TRACHALIO.

Vin', qui in hac villa habitat, eius arbitrato fieri? 935

GRIPVS.

Paulisper remitte restim, dum concedo et consulo.

TRACHALIO.

Fiat.

GRIPVS.

Euge, salva res est! praeda haec perpetua est
mea:

Ad meum herum arbitrum vocat me huc intra prae-
sepis meas:

Nunquam fiercle hodie abiudicabit ab suo triobolum.

Nae iste haud scit, quam conditionem tetulit. Ibo
ad arbitrum. 940

TRACHALIO.

Quid igitur?

GRIPVS.

Quamquam, istuc esse ius meum, certo scio:
Fiat istuc potius, quam nunc pugnem tecum.

TRACHALIO.

Nunc places.

GRIPVS.

Quamquam ad ignotum arbitrum me adpellis: si
adhibebit fidem:

Etsi ignotus, notust; si non: notus ignotissumust.

DAEMONES. MVLIERES. TRACHALIO.
GRIPVS.

DAEMONES.

Serio edepol, quamquam vobis volo, quae voltis,
mulieres, t. t. c. IV, 4. 945

Metuo, propter vos ne uxor mea me extrudat
aedibus,

Quae me pellices adduxe dicet ante oculos suos.

Vos confugite in aram potius, quam ego.

MVLIERES.

Miserae periiimus!

DAEMONES.

Ego vos salvas sistam. Ne timete. Sed quid vos foras

Prosequimini? Quoniam ego adsum: faciet nemo
iniuriam. 950

Ite, inquam, domum ambo nunc iam ex praesidio,
praesides.

GRIPVS.

O here

TRACHALIO.

Salve.

DAEMONES.

Salve. — Quid fit?

TRACHALIO.

Tuosne hic servost?

GRIPVS.

Haud pudet ?

TRACHALIO.

Nihil ago tecum.

GRIPVS.

Ergo abi hinc, sis.

TRACHALIO.

Quaeso, responde, senex:

Tuos hic servost?

DAEMONES.

Meus est.

TRACHALIO.

Hem, istuc optume, quando tuost.

Iterum te saluto.

DAEMONES.

Et ego te. Tune es, qui haud multo prius 955
Abiisti hinc herum arcessitum?

TRACHALIO.

Ego is sum.

DAEMONES.

Quid nunc vis tibi?

TRACHALIO.

Nempe hic tuos est?

DAEMONES.

Meus est.

TRACHALIO.

Istuc optume, quando tuos.

DAEMONES.

Quid negoti est?

TRACHALIO.

Vir scelestus ille est.

DAEMONES.

Quid fecit tibi

Vir scelestus?

TRACHALIO.

Homini ego isti talos subfringi volo.

DAEMONES.

Quid est, qua de re litigatis nunc inter vos?

TRACHALIO.

Eloquar. i. t. 960

GRIPVS.

Imo ego eloquar.

TRACHALIO.

Ego, opinor. Enim facesse!

GRIPVS.

Si quidem t. t. e.

Sis pudicus: hinc facessas.

DAEMONES.

Gripe, animum advorte ac tace.

GRIPVS.

Vtn' istic prius dicat?

DAEMONES.

Audi. — Loquere tu.

GRIPVS.

Alienon' prius

Quam tuo dabis orationem?

TRACHALIO.

Vt nequitur conprimi!

Ita, ut occepi dicere, illum, quem dudum extru-

sisti, as. ex t. d. et i. d. c. 965

Lenonem, hic eius vidulum eccillum! t. d.

GRIPVS.

Non habeo.

TRACHALIO.

Negas, quod oculis video?

GRIPVS.

At, ne videas, velim. t. t. c.

Habeo; non habeo. Quid tu me curas, quid rerum
geram?

TRACHALIO.

Quomodon' habeas, id refert, iuren' anne iniuria.

GRIPVS.

Ni istum cepi: nulla causa est, quin me condones
cruci. 970

Si in mari rete adprehendi: qui tuom potiust, quam
meum?

TRACHALIO.

Verba dat: hoc modo res gesta est, ut ego dico.

GRIPVS.

Quid tu ais?

TRACHALIO.

Quod primarius vir dicat. — Conprime hunc, sis,
si tuost.

GRIPVS.

Quid? tu idem mihi vis fieri, quod herus consuèvit
tibi?

Si illic te comprimere solitus: hic nos noster non
solet. 975

DAEMONES.

Verbo illo modo ille vicit. Quid nunc tu vis? dic
mihi.

TRACHALIO.

Equidem? Ego neque partem posco mi istinc de
istoc vidulo,

Neque meum hodie esse unquam dixi; sed inest
isti cistula

Huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam.

DAEMONES.

Nempe tu hanc dicis, quam esse aibas dudum po-
pularem meam? 980

TRACHALIO.

Admodum; et, ea quae olim parva gestavit, cre-
pundia

Isti in ista cistula insunt, quae isti inest in vidulo.
Hoc neque isti usust et illi miserae suppetias feret,
Si dederit, qui suos parentes quaerat.

DAEMONES.

Faciam, ut det: tace.

GRIPVS.

Nihil hercle ego sum isti daturus.

TRACHALIO.

Nil peto, nisi cistulam 985

Et crepundia.

GRIPVS.

Quid, ea si sunt aurea?

TRACHALIO.

Quid istuc tua?

Aurum auro expendetur, argentum argento exae-
quabitur.

GRIPVS.

Fac, sis, aurum ut videam; post ego faciam videas
cistulam.

DAEMONES.

Cave malo ac tace tu. — Tu perge, ut occepisti
dicere.

TRACHALIO.

Vnum te obsecro, ut ted huius commiserescat mu-
lieris, 990
Si quidem hic lenonis eius est vidulus, quem su-
spicor.

Hinc nisi de opinione certum nil dico tibi.

GRIPVS.

Viden', scelestus ut aucupatur!

TRACHALIO.

Sine me, ut occepi, loqui.

Si scelesti illius est hic, quous dico, vidulus,
Haec poterunt novisse: ostendere his iube.

GRIPVS.

Ain' ostendere? 995

DAEMONES.

Haud iniquom dicit, Gripe, ut ostendatur vidulus.

GRIPVS.

Imo hercle insignite inique.

DAEMONES.

Quidum?

GRIPVS.

Quia, si ostendero,
Continuo hunc novisse dicent scilicet.

TRACHALIO.

Scelerum caput,
Vt tute es, item omnis censes esse, periuri caput?

GRIPVS.

Omnia istaec ego facile patior, dum hic hinc a me
sentiat. 1000

TRACHALIO.

Atqui non abs te stat, verum hinc ibit testimonium.

DAEMONES.

Gripe, advorte animum. — Tu paucis expedi, quid
postulas.

TRACHALIO.

Dixi equidem; sed si parum intellexti: dicam denuo.
Hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet libe-
ras.

Haec Athenis parva fuit subrepta virgo.

GRIPVS.

Dic mihi, 1005
Quid id ad vidulum pertinet, servae istae sint an
liberae?

TRACHALIO.

Omnia iterum vis memorari, scelus: ut defiat dies.

DAEMONES.

Abstine maledictis et mihi, quod rogavi, dilue.

TRACHALIO.

Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo,
Vbi sunt signa, qui parentes noscere haec possit suos,

1010

Quibuscum parva Athenis periit, sicuti dixi prius.

GRIPVS.

Iupiter te dique perdant! Quid ais, vir venefice?
 Quid? istae mutae sunt, quae pro se fabulari non
 queant?

TRACHALIO.

Eo tacent, quia bona tacita est mulier semper quam
 loquens.

GRIPVS.

Tum pol tu pro oratione nec vir nec mulier mihi es.

1015

TRACHALIO.

Quidum?

GRIPVS.

Quia enim neque loquens es neque tacens
 unquam bonus.

Quaeso, en unquam hodie licebit mihi loqui?

DAEMONES.

Si praeter hoc
 Verbum verbum faxis hodie: ego tibi conminuam
 caput!

TRACHALIO.

Vt id ocepi dicere, senex, eam te quaeso cistulam
 Vt iubeas hunc reddere illis. Ob eam si quid po-
 stulat

1020

Sibi mercedis: dabitur. Aliud quidquid ibi est, ha-
 beat sibi.

GRIPVS.

Nunc demum istuc dicis: quoniam ius meum esse
 intellegis;

Dudum dimidiam petebas partem.

TRACHALIO.

Imo etiam nunc peto.

GRIPVS.

Vidi petere miliom, etiam quom nihil auferret tamen.

DAEMONES.

Non ego te conprimere possum sine malo?

GRIPVS.

Si istic tacet, 1025

Ego tacebo; si istic loquitur, sine me meam partem
loqui.

DAEMONES.

Cedo modo istunc vidulum mihi, Gripe.

GRIPVS.

Concredam tibi;

At, si istorum nil sit, ut mihi reddas.

DAEMONES.

Reddetur.

GRIPVS.

Tene.

DAEMONES.

Audi nunc iam, Palaestra atque Ampelisca, hoc,
quod loquor.

Estne hic vidulus, ubi cistellam tuam inesse aiebas?

PALAESTRA.

Is est. 1030

GRIPVS.

Perii hercle ego miser! uti, priusquam plane ad-
spexit, eloco

Esse eum dixit!

PALAESTRA.

Faciam ego hanc rem planam ex
proclivi tibi.Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo.
Ibi ego dicam, quidquid inerit, nominatim; tu mihi

Nullum ostenderis. Si falsa dicam: frustra dixero:

Vos tamen istaec vobis , quidquid inerit illi , ha-
 bebitis;

Sed si vera: tum obsecro te, ut mea mihi reddantur.

DAEMONES.

Placet:

Ius merum oras meo quidem animo.

GRIPVS.

At meo meram hercle iniuriam.

Quid, si ista aut superstitiosa aut hariola est atque
 omnia,

Quidquid insit, vera dicet? anne habebit hariola?

1040

DAEMONES.

Non feret, nisi vera dicet; nequidquam hariolabitur.
 Solve vidulum ergo: ut, quid sit verum, quam-
 primum sciam.

TRACHALIO.

Hoc habet!

GRIPVS.

Est solutum.

PALAESTRA.

Ah, perii! video cistellam!

DAEMONES.

Haecine est?

PALAESTRA.

Istaec est. O mei parentes, hic vos conclusos gero!
 Huc opesque spesque vestrum cognoscendum con-
 didi!

1045

GRIPVS.

Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,
Quae parentes in tam angustum tuos locum con-
pegeris.

DAEMONES.

Gripe, accede huc: tua res agitur. — Tu, puella,
istinc procul

Dicito, quid insit, et, qua facie, memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis: quod posterius postu-
les 1050

Te convorti ad verum, nugas, mulier, magnas egeris.

GRIPVS.

Ius bonum oras.

TRACHALIO.

Edepol haud ted orat: nam tu iniurius.

DAEMONES.

Loquere nunc iam, puella. — Gripe, animum ad-
vorte ac tace.

PALAESTRA.

Sunt crepundia.

DAEMONES.

Ecce video.

GRIPVS.

Perii in primo proelio! —

Mane! ne ostenderis!

DAEMONES.

Qua facie sunt, responde ex ordine. 1055

PALAESTRA.

Ensiculust aureolus primum literatus.

DAEMONES.

Dicedum,

In eo ensiculo literarum quid sit.

PALAESTRA.

Mei nomen patris.

Post altrinsecus est securicula ancipes, itidem aurea,
Literata; ibi matris nomen in securicula est.

DAEMONES.

Mane.

Dic, in ensiculo quod nomen est paternum?

PALAESTRA.

Daemones. 1060

DAEMONES.

Di immortales, ubi loci sunt spes meae?

GRIPVS.

Imo edepol meae?

DAEMONES.

Perge, te obsecro, continuo.

GRIPVS.

Placide, aut ite in malam crucem!

DAEMONES.

Loquere, matris nomen hic quod in securicula siet.

PALAESTRA.

Daedalis.

DAEMONES.

Di me servatum cupiunt!

GRIPVS.

At me perditum!

DAEMONES.

Filiam hanc meam esse oportet, Gripe.

GRIPVS.

Sit per me quidem. — 1065

Qui te di omnes perdant, qui me hodie oculis vi-
disti tuis,

Meque adeo scelestum, qui non circumspexi centies
Prius, me ne quis inspectaret, quam rete extraxi ex
aqua!

PALAESTRA.

Post sicilicula argenteola et duae connexae mani-
culae et

Sucula est

GRIPIVS.

Quin tu i diirecta cum sucla et cum por-
culis! 1070

PALAESTRA.

Et bulla aurea, pater quam dedit mihi natali die.

DAEMONES.

Ea profecto est! Contineri, quin complectar, non
queo.

Filia mea, salve! Ego is sum, qui te produxi, pater!
Ego sum Daemones, et mater tua ecce hic intus
Daedalis!

PALAESTRA.

Salve, mi pater insperate!

DAEMONES.

Salve! Vt te amplector lubens! 1075

TRACHALIO.

Volupe est, quom istuc ex pietate vostra vobis
contigit.

DAEMONES.

Capedum hunc, si pote, et fer intro vidulum! age,
Trachalio!

TRACHALIO.

Ecce Gripi scelera! — Quom istaec res male eve-
nit tibi,

Gripe: gratulor.

DAEMONES.

Age, eamus, mea gnata, ad matrem tuam,
Quae ex te poterit argumentis hanc rem magis ex-
quaerere: 1080

Quia te mage tractavit magisque signa pernovit tua.

TRACHALIO.

Eamus intro omnes: omnes quando operam pro-
miscam damus.

PALAESTRA.

Sequere me, Ampelisca.

AMPELISCA.

Quom te di amant, voluptati est mihi.

GRIPVS.

Sumne ego scelestus, qui illunc hodie excepi vidulum,
Aut, quom excepi, qui non alicubi in solo abstrusi
loco? 1085

Credebam edepol, turbulentam praedam eventuram
mihi:

Quia illaec mihi tam turbulenta tempestate evenerat.
Credo edepol, ego illic inesse argenti et auri largiter.
Quid meliust, quam ut hinc intro abeam et me sus-
pendam clanculum,

Saltem tantisper, dum abscedat haec a me aegrimo-
nia? 1090

D A E M O N E S.

Proh di immortales, quis me fortunatior, i. s. IV, 5.

Qui ex improviso filiam inveni meam?

Satin', si quando homini di esse benefactum volunt,

Aliquo illud pacto obtingit optatum piis?

Ego hodie, qui neque speravi neque credidi, 1095
 Is inproviso filiam inveni tamen,
 Et eam de genere summo adolescenti dabo
 Ingenuo, Atheniensi et cognato meo.
 Eum ego adeo arcessi huc ad me quamprimum volo,
 Iussique exire huc servom eius: ut ad forum 1100
 Iret. Nondum egressum esse eum, id miror tamen.
 Accedam, opinor, ad foris. — Quid conspicio?
 Vxor complexa collo retinet filiam.
 Nimis pene inepta atque odiosa eius amatio est.
 Aliquando osculando meliust, uxor, pausam fieri,
t. t. c. 1105
 Atque adorna, ut rem divinam faciam, quom intro
 advenero,
 Laribus familiaribus, quom nostram auxerunt fami-
 liam.
 Sunt domi agni et porci sacres. Sed quid istum re-
 moramini,
 Mulieres, Trachalionem? Atque optume, eccum, exit
 foras.

T R A C H A L I O. D A E M O N E S.

T R A C H A L I O.

Vbiubi erit: tam investigabo et mecum ad te ad-
 ducam simul t. t. c. IV, 6. 1110
 Pleusidippum.

D A E M O N E S.

Eloquere, ut haec res obtigit de filia.
 Rogita eum, ut relinquat alias res et huc veniat.

T R A -

RVDENS. 305

TRACHALIO. Licet.

DAEMONES.

Dicito, daturum me illi filiam uxorem

TRACHALIO. Licet.

DAEMONES.

Et patrem eius me novisse, et mi esse cognatum.

TRACHALIO. Licet.

DAEMONES.

Sed propera.

TRACHALIO.

Licet.

DAEMONES.

Iam hic fac sit: coena ut curetur.

TRACHALIO. Licet. 1115

DAEMONES.

Omnian' „licet?“

TRACHALIO.

Licet. Sed scin', quid est, quod te volo?

Quod promisisti, ut memineris, hodie ut sim liber.

DAEMONES. Licet.

TRACHALIO.

Fac, ut exores Pleusidippum, ut me manu emit-
tat

DAEMONES. Licet.

TRACHALIO.

Et tua filia facito oret. Facile exorabit.

DAEMONES.

Licet.

TRACHALIO.

Atque ut mi Ampelisca nubat, ubi ego sim liber

DAEMONES.

Licet. 1120

TRACHALIO.

Atque ut gratum mihi beneficium factis experiar.

DAEMONES.

Licet.

TRACHALIO.

Omnian' „licet“?

DAEMONES.

Licet: tibi rursum refero gratiam.

Sed propera ire in urbem actutum et recipe te huc
rursum.

TRACHALIO.

Licet.

Iam hic ero. Tu interibi adorna ceterum, quod opust.

DAEMONES.

Licet.

TRACHALIO.

Hercules istum infelicet cum sua licentia: 1125

Ita meas replevit auris. Quidquid memorabam: licet.

G R I P V S. D A E M O N E S.

GRIPVS.

Quam mox licet te conpellare, Daemones? i. s. IV, 7.

DAEMONES.

Quid est negoti, Gripe?

GRIPVS.

De illo vidulo,

Si sapias, sapias: habeas, quod di dant boni.

DAEMONES.

Aequom videtur tibi, ut ego, alienum quod est, 1130
Meum esse dicam?

GRIPVS.

Quodne ego inveni in mari?

DAEMONES.

Tanto illi melius obtigit, qui perdidit;
Tuom esse nihilo magis oportet vidulum.

GRIPVS.

Isto tu es pauper, quom nimis sancte pius.

DAEMONES.

O Gripe, Gripe, in aetate hominum plurimae 1135

Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis;

Atque edepol in eas plerumque esca inponitur,

Quam si quis avidus pascit escam avariter:

Decipitur in transenna avaritia sua.

Ille, qui consulte docte atque astute cavet: 1140

Diutine uti bene licet partum bene.

Mi istaec videtur praeda praedatum irier:

Vt cum maiore dote abeat, quam advenerit.

Egone ut, quod ad me adlatum esse alienum sciam,

Celem? Minume istuc faciet voster Daemones. 1145

Semper sapientis hoc cavere aequissimum est,

Ne conscii sint ipsi malefici suis.

Ego, nisi quom lusi, nil moror ullum lucrum.

GRIPVS.

Spectavi ego pridem Comicos ad istunc modum

Sapienter dicta dicere atque iis plaudier, 1150

Quom illos sapientis mores monstrabant poplo;

Sed quom inde suam quisque ibant divorsi domum:
Nullus erat illo pacto, ut illi iusserant.

DAEMONES.

Abi intro nunc: molestus's. Linguae tempera.

Tibi ego daturus nil sum: ne frustra sies. 1155

GRIPVS.

At ego deos quaeso, ut, quidquid in illo vidulo est,
Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis. —

DAEMONES.

Illuc est, quod nos nequam servis utimur:

Nam illic cum servo si quo congressus foret:

Et ipsum sese et illum furti adstringeret, 1160

Dum praedam habere se censeret: interim

Praeda ipsus esset, praeda praedam duceret.

Nunc hinc introibo et sacrificabo; postibi

Iubebo nobis coenam continuo coqui.

PLEVSIDIPPVS. TRACHALIO.

PLEVSIDIPPVS.

Iterum mi istaec omnia itera, mi anime, mi Tra-
chalió, t. t. c. IV, 8. 1165

Mi liberte, mi patroned, imo potius mi pater!

Reperit patrem Palaestra suom atque matrem?

TRACHALIO.

Reperit.

PLEVSIDIPPVS.

Et popularis est?

TRACHALIO.

Opino.

RVDENS.

309

PLEVSIDIPPVS.

Et mihi nuptura est?

TRACHALIO.

Suspikor.

PLEVSIDIPPVS.

Censen', hodie despondebit eam mihi, quaeso?

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Quid? patri etiam gratulabor, quom illam invenit?

TRACHALIO.

Censeo. 1170

PLEVSIDIPPVS.

Quid? matri eius?

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Quid ergo censes?

TRACHALIO.

Quod rogas,

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Dic ergo, quanti censes?

TRACHALIO.

Egone? Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

At

Sume quidem: ne censionem semper facias.

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Quid, si curram?

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

An sic potius placide?

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Etiarne eam adueniens salutem?

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Etiarne eius patrem? 1175

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Post eius matrem?

TRACHALIO.

Censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Quid postea?

Etiarne adueniens conplectar eius patrem?

TRACHALIO.

Non censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Quid matrem?

TRACHALIO.

Non censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Quid eampse illanc?

TRACHALIO.

Non censeo.

PLEVSIDIPPVS.

Perii, delectum dimisit! nunc non censet, quom volo.

TRACHALIO.

Sanus non es. Sequere.

PLEVSIDIPPVS.

Duc me, mi patrone, quo lubet. 1180

L A B R A X.

Quis me mortalis miserior, qui vivat alter hodie,

i. t. c. V, 1.

Quem ad recuperatores modo damnavit Pleusidippus?

Abiudicata a me modo est Palaestra. Perditus sum!

Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos:

Ita omnes mortales, si quid est mali lenoni, gaudent.

1185

Nunc alteram illam, quae mea est, visam huc in

Veneris fanum:

Saltem ut eam abducam, de bonis quod restat re-

liquiarum.

G R I P V S. L A B R A X.

G R I P V S.

Nunquam edepol hodie ad vesperam Gripum inspi-

cietis vivom, i. t. c. V, 2.

Nisi vidulus mihi redditur.

L A B R A X.

Perii, quom mentionem

Fieri audio usquam viduli, quasi palo pectus tundor.

1190

GRIPVS.

Illic scelestus liber est; ego, qui in mari prehendi
Rete atque excepi vidulum, ei dare negatis quidquam.

LABRAX.

Proh di immortales, suo mihi hic sermone arrexit
auris!

GRIPVS.

Cubitus hercle longis literis signabo iam usquequaque:
Si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento
multo, 1195
Ad Gripum ut veniat. Non feratis istum, ut po-
stulatis!

LABRAX.

Meum hercle illic homo vidulum scit qui habet, ut
ego opinor:

Adeundus mi illic est homo. Di, quaeso, subvenite!

GRIPVS.

Quid me intro revocas? Hoc volo hic ante ostium
extergere:

Nam hoc quidem pol e robigine, non est e ferro
factum: 1200

Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit. —
Nam hoc quidem venenatum est verum: ita in ma-
nibus consenescit.

LABRAX.

Adulescens, salve.

GRIPVS.

Di te ament cum inraso capite.

LABRAX.

Quid fit?

GRIPVS.

Verum extergetur.

LABRAX.

Vt vales?

GRIPVS.

Quid tu? num medicus, quaeso, es?

LABRAX.

Imo edepol una litera plus sum, quam medicus.

GRIPVS.

Tum tu 1205

Mendicus es?

LABRAX.

Tetigisti acu.

GRIPVS.

Videtur digna forma.

Sed quid tibi est?

LABRAX.

Hac proxuma nocte in marid elavi.

Confracta est navis: perdidisti, quidquid erat, miser
ibi omne.

GRIPVS.

Quid perdidisti?

LABRAX.

Vidulum cum auro atque argento multo.

GRIPVS.

Ecquid meministi, in vidulo, qui periit, quid ibi in-
fuerit? 1210

LABRAX.

Quid refert, qui periit tamen, nunc si illud fabu-
lemur?

GRIPVS.

Quid, si ego sciam, qui invenerit? Volo ex te scire
signa.

LABRAX.

Numi octingentid aurei in marsupio infuerunt.
Praeterea centum Philippeae minae in pasœolo
seorsus.

GRIPVS.

Magna hercle praeda est! largiter mercedis indipi-
scar! 1215
Di homines respiciunt. Bene, bene, bene ego
hinc praedatus ibo!
Profecto est huius vidulus. Perge alia tu expedire.

LABRAX.

Talentum argenti commodum magnum inerat in
crumena;
Praeterea sinus, cantharus, epichysis, gaulus, cyathus.

GRIPVS.

Papae, divitias tu quidem habuisti luculentas! 1220

LABRAX.

Miserum istuc verbum et pessimum est Habuisse et
nihil habere.

GRIPVS.

Quid dare velis, qui istaec tibi investiget indicetque?
Eloquere propere celeriter.

LABRAX.

Numos trecentos.

GRIPVS.

Tricas!

LABRAX.

Quadringentos.

GRIPVS.

Tramas putridas!

LABRAX.

Quingentos.

RVDENS.

315

GRIPVS.

Cassam glandem!

LABRAX.

Sexcentos.

GRIPVS.

Curculiunculos minutos fabulare. 1225

LABRAX.

Dabo septingentos.

GRIPVS.

Os calet tibi: nunc id frigefactas.

LABRAX.

Mille dabo numos.

GRIPVS.

Somnias.

LABRAX.

Nihil addo: abi.

GRIPVS.

Igitur audi.

Si hercle abiero hinc: hic non ero.

LABRAX.

Vin' centum et mille?

GRIPVS.

Dormis.

LABRAX.

Eloquere, quantum postules.

GRIPVS.

Quo nihil invitus addas:

Talentum magnum. Non potest triobolum hinc ab-
esse. 1230

Proin tu vel aias vel neges.

LABRAX.

Quid istic? Necessum est, video:
Dabitur talentum.

GRIPVS.

Accededum huc: Venus haec volo arroget te.

LABRAX.

Quod tibi lubet, id mihi impera.

GRIPVS.

Tange aram hanc Veneris.

LABRAX.

Tango.

GRIPVS.

Per Venerem hanc iurandum est tibi.

LABRAX.

Quid iurem?

GRIPVS.

Quod iubebo.

LABRAX.

Praei verbis quidvis. Quod domi est, nunquam
ulli supplicabo. 1235

GRIPVS.

Tene aram hanc.

LABRAX.

Teneo.

GRIPVS.

Deiera, te argentum mihi daturum
Eodem die, ubi viduli sies potitus.

LABRAX.

Fiat.

GRIPVS.

Venus Cyrenensis, testem te testor mihi i. s.

LABRAX.

Venus Cyrenensis, testem te testor mihi

GRIPVS.

Si vidulum illum, quem ego in navi perdididi

1240

LABRAX.

Si vidulum illum, quem ego in navi perdididi

GRIPVS.

Cum auro atque argento salvom investigavero

LABRAX.

Cum auro atque argento salvom investigavero

GRIPVS.

Isque in potestatem meam pervenerit

LABRAX.

Isque in potestatem meam pervenerit 1245

GRIPVS.

Tum ego huic, Gripo dico, inque et me tangito

LABRAX.

Tum ego huic, Gripo dico: Venus, ut tu audias

GRIPVS.

Talentum argenti magnum continuo dabo.

LABRAX.

Talentum argenti magnum continuo dabo.

GRIPVS.

Sed si fraudassis: dic, ut in quaestu tuo 1250

Venus eradicet caput atque aetatem tuam.

Tecum hoc habeto tamen, ubi iuraveris.

LABRAX.

Illunc advorsum ego si quid peccasso, Venus:

Veneror te, ut omnes miseri lenones sient.

GRIPVS.

Tam fiet, etsi tu fidem servaveris.

1255

Tu hic opperire: iam ego faxo exhibit senex:
Eum tu continuo vidulum reposito.

LABRAX.

Si maxime illum mihi reddiderit vidulum:
Non illi ego hodie debeo triobolum:
Meus arbitratust, lingua quod iuret mea. 1260
Sed conticescam: eccum exit et ducit senem.

GRIPVS. DAEMONES. LABRAX.

GRIPVS.

Sequere hac. Vbi istic leno est? — Heus, tu!
hem tibi: hic habet vidulum. t. t. c. V, 3.

DAEMONES.

Habeo et fateor esse apud me; et, si tuos est, ha-
beas tibi.

Omnia, ut quidquid infuere, ita salva sistentur tibi.
Tene, si tuos est.

LABRAX.

Di immortales, meus est! Salve, vidule! 1265

DAEMONES.

Tuosne est?

LABRAX.

Rogitas? Si quidem hercle Iovis fuit: meus
est tamen.

DAEMONES.

Omnia insunt salva; una istinc cistella excepta est
modo

Cum crepundiis, quibuscum hodie filiam inveni meam.

LABRAX.

Quam?

DAEMONES.

Tua quæ fuit Palaestra, ea filia inventa est mea.

LABRAX.

Bene mehercle factum est! Quom istaec res tibi ex
sententia 1270

Pulcre evenit: gaudeo.

DAEMONES.

Istuc facile non credo tibi.

LABRAX.

Imo hercle, ut scias gaudere me, mihi triobolum
Ob eam ne duis: condono te.

DAEMONES.

Benigne edepol facis.

LABRAX.

Imo tu quidem hercle vero.

GRIPVS.

Heus, heus, tu, iam habes vidulum?

LABRAX.

Habeo.

GRIPVS.

Propera

LABRAX.

Quid properabo?

GRIPVS.

Reddere argentum mihi! 1275

LABRAX.

Neque edepol tibi do neque quidquam debeo.

GRIPVS.

Quae haec factio est?

Non debes?

LABRAX.

Non hercle vero.

GRIPVS.

Non tu iuratus mihi es?

LABRAX.

Iuratus sum et nunc iurabo, si quid voluptati est mihi.
Iusiurandum re servandae, non perdundae, conditum est.

GRIPVS.

Cedo, sis, mihi talentum magnum argenti, periurissime!
1280

DAEMONES.

Gripe, quod tu istunc talentum poscis?

GRIPVS.

Iuratust mihi

Dare.

LABRAX.

Lubet iurare. Tun' meo pontifex periurio es?

DAEMONES.

Qua pro re argentum promisit hic tibi?

GRIPVS.

Si vidulum

Hunc redegissem in potestatem eius, iuratus dare
Mihi talentum magnum argenti.

LABRAX.

Cedo, quicum habeam iudicem, 1285
Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiamdum siem
Quinque et viginti annos natus.

GRIPVS.

Habe cum hoc.

LABRAX.

Alio est opus.

DAE-

DAEMONES.

Iam abis? Te auferre haud sinam, nisi istum con-
demnavero.

Promisistin' huic argentum?

LABRAX.

Fateor.

DAEMONES.

Quod servo meo
Promisisti, meum esse oportet: ne tu, leno, postu-
les, 1290

Te hic fide lenonia uti. Non potes.

GRIPVS.

Iam te ratus
Nactum hominem, quem defrudares? Dandum huic
argentum est probum.
Id ego continuo huic dabo adeo: me ut hic emit-
tat manu.

DAEMONES.

Quando ergo erga te benignus fivi atque haec opera
mea

Sunt tibi servata

GRIPVS.

Imo hercle mea: ne tu dicas tua. 1295

DAEMONES.

Si sapies: tacebis. — Tum te mihi benigne itidem
addecet

Bene merenti bene referre gratiam.

LABRAX.

Nempe pro meo

Iure oras?

III.

[21]

DAEMONES.

Mirum, quin tuom ius meo periclo abs te expetam.

GRIPVS.

Salvos sum: leno labascit; libertas portenditur!

DAEMONES.

Vidulum istic ille invenit; illud mancipium est meum;

1300

Ego tibi hunc porro servavi magna cum pecunia.

LABRAX.

Gratiam habeo et de talento nulla causa est, quin
feras,

Quod isti sum iuratus.

GRIPVS.

Heus tu, mihi dato ergo, si sapis.

DAEMONES.

Tacen', an non?

GRIPVS.

Tu meam rem simulas agere, tibi

DAEMONES.

Mutti modo!

GRIPVS.

Non hercle istoc me intervortes, si aliam praedam
perdidi. 1305

DAEMONES.

Vapulabis, verbum si addes unum istuc.

GRIPVS.

Vel hercle enica!

Non tacebo unquam alio pacto, nisi talento con-
primor.

DAEMONES.

Tibi operam hic quidem dat: taceto. — Concede
huc leno.

RVDENS. 323

LABRAX.

Licet.

GRIPVS.

Palam age! nolo, murmur ullum neque susurrum
feri.

DAEMONES.

Dic mihi, quanti illam emisti tuam alteram mulier-
culam 1310

Ampeliscam?

LABRAX.

Mille numum denumeravi.

DAEMONES.

Vin' tibi

Conditionem luculentam ferre me?

LABRAX.

Sane volo.

DAEMONES.

Dividuom talentum faciam.

LABRAX.

Bene facis.

DAEMONES.

Pro illa altera,

Libera ut sit, dimidium tibi sume; dimidium huic
cedo.

LABRAX.

Maxume.

DAEMONES.

Pro illo dimidio ego Gripum emittam manu, 1315
Quem propter tu vidulum et ego natam inveni.

LABRAX.

Bene facis:

Gratiam habeo magnam.

GRIPVS.

Quam mox mi argentum ergo redditur?

DAEMONES.

Res soluta est, Gripe: ego habeo hercle.

GRIPVS.

Ast ego me mavolo.

DAEMONES.

Nihil hercle hic tibi est: ne tu speres. Iurisiurandi
volo

Gratiam facias.

GRIPVS.

Perii hercle! nisi me suspendo: occidi! 1320
Nunquam hercle iterum defrudabis me quidem post
hunc diem.

DAEMONES.

Hic hodie coenato, leno.

LABRAX.

Fiat; conditio placet.

DAEMONES.

Sequimini intro. — Spectatores, vos quoque ad
coenam vocem,Ni daturus nil sim neque sit quidquam pollucti domi,
Nive adeo vocatos credam vos esse ad coenam fo-
ras. 1325Verum si voletis plausum fabulae huic clarum dare:
Comissatum omnes venitote ad me ad annos se-
decim.

Vos hodie hic coenatote ambo.

LABRAX.

Fiat.

DAEMONES.

Iam plausum date.

S T I C H V S.

• A R G V M E N T V M.

Senex castigat filias, quod eae viros
Tam perseverent peregrinantis pauperes
Ita sustinere fratres neque relinquere;
Contraque verbis delenitur commodis,
Habere ut sineret, quos semel nactae forent.
Viri reveniunt opibus aucti trans mare;
Suam quisque retinet ac Sticho ludus datur.

DRAMATIS PERSONAE.

PANEGYRIS.
PINACIVM.
ANTIPHO.
GELASIMVS.
CROCOTIVM.
PINACIVM.
EPIGNOMVS.
PAMPHILIPPVS.
STICHVS.
SAGARINVS.
STEPHANIVM.

Nosque ab iis volt abducere. Haec res me vitai,
Soror, saturant; haec divitiae mihi et senio sunt. 15

PANEGRIS.

Neu lacruma, soror, neve id tuo fac animo,
Quod tibi pater minatur. Spes, melius facturum.
Novi eum: ioculo istaec dicit, nec sibi ille mereat
Persarum montis, aurei qui esse perhibentur,
Vt istuc faciat, quod tu metuis. Tam si faciat, 20
Minime decet irasci, neque id inmerito eveniet:
Nam viri nostri ut domo abierunt, hic tertius annus.

PINACIVM.

Ita, ut tu memoras.

PANEGRIS.

Quom ipsi interea vivant, valeant:
Vbi sint, quid agant, ecquid agant, neque partici-
pant nos,

Neque redeunt.

PINACIVM.

An id doles, soror, quia illi 25
Suom officium non colunt, tuom quom facis?

PANEGRIS.

Ita pol.

PINACIVM.

Tace, sis! cave, sis, audiam ego istuc ex te,
Cave, posthac!

PANEGRIS.

Nam qui iam?

PINACIVM.

Quia pol meo animo omnis
Sapientis officium suom aequom est colere et facere.
Quamobrem ego te hoc, soror, tametsi es maior,
moneo, 30

Officium ut memineris tuom; et, si improbi sint
 Illi ac nos faciant aliter, quamde aequom est: ta-
 men pol,

Ne quid mage simus omnibus obnoxiae opibus.

Nostrum officium meminisse decet. a. d.

PANEGYRIS.

Placet: taceo.

PINACIVM.

At memineris facito. i. d. h. 35

PANEGYRIS.

Nolo ego, soror, me credi esse inmemorem viri, i. s.
 Neque ille eos honores, mihi quos habuit, perdidit:
 Nam mihi pol grata acceptaque huius benignitast,
 Et me quidem haec conditio nunc non poenitet,
 Neque est cur studeam has nuptias mutarier; 40
 Verum postremo in patris potestate est situm:
 Faciundum id nobis, quod parentes imperant.

PINACIVM.

Scio atque in cogitando moerore augeor:

Nam propemodum iam ostendit suam sententiam.

PANEGYRIS.

Igitur quaeramus, nobis quid facto usus sit. 45

ANTIPHO. PANEGYRIS. PINACIVM.

ANTIPHO.

Qui manet ut moneatur semper servos homo offi-
 cium suom, t. t. c. I, 2.

Nec voluntate id facere meminit, servos is habitu
 haud probust.

Vos meministis quotcalendis petere demensum cibum:

Qui minus meministis, quod opust facto, facere in aedibus?

Iam quidem suo nisi quidque loco mi erit situm supellectilis, 50

Quom ego revortat: vos monumentis conmonefaciam bubulis!

Non homines habitare mecum mi hic videntur, sed sues.

Facite, sultis, nitidae ut aedes meae sint, quom redeam domum.

Iam ego domi adero. Ad meam maiorem filiam in-viso domum.

Si quis quaeret: inde vocatote aliqui; aut iam ego-met hic ero. 55

PINACIVM.

Quid agimus, soror, si obfirmabit pater advorsum nos?

PANEGYRIS.

Pati

Nos oportet, quod illic faciat, quocius potestas plus potest.

ANTIPHO.

Si manere hic sese malint potius quam alio nubere: Non faciant! Quid mihi opust decurso aetatis spatio cum eis

Gerere bellum, quom nil, quamobrem faciam, meruisse arbitror? 60

Minume! nolo turbas. Sed mi hoc optimum factu arbitror,

Principium, ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiociner:

Vtrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc
modum,
Quasi nunquam quidquam in eas similem, quasi nil
indaudiverim,
Eas in se meruisse culpam, ac potius tentem leni-
ter; 65
An minaciter. Scio, litis fore: ego meas novi
optume.

PINACIVM.

Exorando, haud advorsando, sumendam operam
censeo.
Gratiam si a patre petimus: spero ab eo inpetras-
sere.
Advorsari sine dedecore et scelere summo haud
possumus.
Neque ego sum factura, neque, tu ut facias, consi-
lium dabo; 70
Verum, ut exoremus. Novi ego nostros: exorabilist.

ANTIPHO.

Sic faciam: adsimulabo, quasi culpam aliquam in
sese admiserint;
Perplexabiliter earum hodie perpavefaciam pectora;
Post id agam igitur deinde: ut animus meus erit,
faciam palam.
Multa scio faciunda verba. Ibo intro. Sed aperta
est foris. 75

PINACIVM.

Certo enim mihi paternae vocis sonitus auris accidit.

PANEGRIS.

Is est ecastor. Ferre advorsum hominem occupe-
mus osculum. i. t.

PINACIVM.

Salve, mi pater.

ANTIPHO.

Et vos ambae. E loco agite, abscedite! t. t. c.

PINACIVM.

Osculum

ANTIPHO.

Sat osculi est mihi vestri.

PINACIVM.

Qui, amabo, pater?

ANTIPHO.

Quia ita meae animae salsura evenit.

PINACIVM.

Adside hic, pater. 80

ANTIPHO.

Non sedeo istic; vos sedete; ego sedero in sub-
sellio.

PINACIVM.

Mane pulvinum.

ANTIPHO.

Bene procuras mihi; sat sic fultum est mihi.

PINACIVM.

Sine, pater.

ANTIPHO.

Quid opus?

PINACIVM.

Opus.

ANTIPHO.

Morem tibi geram. Atque hoc est satis.

PINACIVM.

Nunquam enim nimis curare possunt suom paren-
tem filiae.

Quem æquius nos potioŕem habere, quam te, po-
 stidea, pater, 85
 Viros, quibus voluisti tu nos esse matres familias?

ANTIPHO.

Bonas ut æquom est facere, facitis, quom tamen
 absentis viros i. t.
 Perinde habetis, quasi praesentes sint.

PINACIVM.

Pudicitiae, pater,
 Est, nos magnificare, qui nos socias sumserunt sibi.
 t. t. c.

ANTIPHO.

Numquis hic alienus nostris dictis auceps auribus? 90

PANEGYRIS.

Nullus praeter nosque teque.

ANTIPHO.

Vostrum animum adhiberi volo.
 Nam ego ad vos nunc, inperitus rerum et morum
 mulierum,
 Discipulus venio ad magistras. Quibus matronas
 moribus,
 Quae optumae sunt, esse oportet? Sed utraque ut
 dicat mihi.

PANEGYRIS.

Quid istuc est, quod exquaesitum huc mulierum
 mores venis? 95

ANTIPHO.

Pol ego uxorem quaero, postquam vostra mater
 mortua est.

PANEGYRIS.

Facile invenies et peiorem et peius moratam, pater,
Quam illa fuit; meliorem neque tu reperies neque
sol videt.

ANTIPHO.

At ego ex te exquaero atque ex istac tua sorore

PANEGYRIS.

Edepol, pater,
Scio, ut oportet esse, si sint ita, ut ego aequom
censeo. 100

ANTIPHO.

Volo scire ergo, ut aequom censes.

PANEGYRIS.

Vt, per urbem quom ambulent,
Omnibus os obturent: ne quis merito maledicat sibi.

ANTIPHO.

Dic vicissim nunc iam tu.

PINACIVM.

Quid vis tibi dicam, pater?

ANTIPHO.

Vbi facillume spectatur mulier, quae ingenio est bono?

PINACIVM.

Quom male faciundi est potestas, quae, ne id fa-
ciat, temperat. 105

ANTIPHO.

Haud male istuc. Age tu altera: utra sit conditio
pensor,

Virginemne an viduam habere?

PANEGYRIS.

Quanta mea sapientia est,
E malis multis malum quod minimum est, id mi-
numum est malum.

Qui

Qui pote mulieres vitare, vitet is: ut quotidie
Pridie caveat, ne faciat, quod pigeat postridie. 110

ANTIPHO.

Quae tibi mulier videtur multo sapientissima?

PINACIVM.

Quae tamen, quom res secundae sunt, se poterit
noscere; et

Illa, quae aequo animo patietur, sibi esse peius quam
fuit.

ANTIPHO.

Edepol vos lepide tentavi vostrumque ingenium in-
geni.

Sed hoc est, quod ad vos venio, quodque esse am-
bas conventas volo: 115

Mi ita auctores sunt amici, ut vos hinc abducam
domum.

PANEGYRIS.

At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores su-
mus:

Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit;
Aut nunc non aequom est abduci, pater, illisce ab-
sentibus.

ANTIPHO.

Vosne ego patiar cum mendicis nuptas me vivo vi-
ris? 120

PINACIVM.

Placet illic meus mihi mendicus; suos rex reginae
placet.

Idem animust in paupertate, qui olim in divitiis fuit.

ANTIPHO.

Vosne latrones et mendicos homines magni pen-
ditis?

PANEGYRIS.

Non me tu argento dedisti, opinor, nuptum, sed
viro.

ANTIPHO.

Quid illos exspectatis, qui abhinc iam abierunt trien-
nium? 125

Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam?

PINACIVM.

Stultitia est, pater, venatum ducere invitas canes.
Hostis est uxor, invita quae ad virum nuptum datur.

ANTIPHO.

Certumne est, neutram vostrarum persequi impe-
rium patris?

PANEGYRIS.

Persequimur: nam, quo dedisti nuptum, abire no-
lumus. 130

ANTIPHO.

Bene valet: ibo atque amicis vostra consilia elo-
quar.

PINACIVM.

Probiores, credo, arbitrabunt, si probis narraveris.

ANTIPHO.

Curate igitur familiarem rem, ut potestis, optume.

PANEGYRIS.

Nunc places, quom recte monstras: nunc tibi au-
scultabimus.

Nunc, soror, abeamus intro.

PINACIVM.

Imo intervisam prius domum. 135
Si a viro tibi forte veniet nuntius: facito, ut sciam.

PANEGYRIS.

Neque ego te celabo, neque tu me celassis, quod scies.

Eho, Crocotium, i, parasitum Gelasimum huc ar-
 cesso;
 Tecum adduce: nam illum ecastor mittere ad por-
 tum volo,
 Si quae forte ex Asia navis heri aut hodie venerit. 140
 Nam dies totos apud portum servos unus adsidet;
 Sed tamen volo intervise. Propera atque actutum
 redi.

GELASIMVS. CROCOTIVM.

GELASIMVS.

Famem fuisse suspicor matrem mihi: i. s. II, I.
 Nam postquam natus sum, satur nunquam fui.
 Gratiam ego refero meae matri invitissimus, 145
 Neque retulit, quam ego refero meae matri Fami:
 Nam illa med in alvo mensis gestavit decem;
 At ego illam in alvo gesto plus annos decem.
 Atque illa puerum me gestavit parvolum,
 Quo minus laboris cepisse illam existumo; 150
 At ego non pauxillam in utero gesto famem,
 Verum hercle multo maxumam et gravissumam.
 Dolores oboriuntur mihi quotidie;
 Sed matrem parere nequeo; nescio, quomodo.
 Audivi saepe hoc volgo dictitarier, 155
 Solere elephantum gravidam perpetuos decem
 Esse annos. Eius ex semine haec certo est fames:
 Nam iam conpluris annos utero haeret meo.
 Nunc si ridiculum quaeret hominem quispiam,
 Venalis ego sum cum ornamentis omnibus: 160

Inanimentis explementum quaerito.
 Gelasimo nomen mi indidit parvo pater,
 Quia inde a pauxillo puero ridiculus fui.
 Propter paupertatem adeo hoc nomen reperi
 Eo, quia paupertas fecit, ridiculus forem: 165
 Nam illa omnis artis perdocet, ubi quem attigit.
 Per annonam caram dixit me natum pater:
 Propterea, credo, nunc esuriōd acrius.
 Sed generi nostro haec reddita est benignitas:
 Nulli negare soleo, si qui esum vocat. 170
 Oratio una interiit hominum pessume,
 Atque optuma hercle meo animo et scitissima,
 Qua ante utebantur: „Veni illo ad coenam! sic face!
 „Promitte vero! Ne gravare: est commodum.
 „Volo, inquam, fieri. Non amittam, quin eas.“ 175
 Nunc repererunt verbo ei vicarium
 Nihili quidem hercle verbum ac vilissimum:
 „Vocem te ad coenam, nisi egomet coenam foris.“
 Ei hercle ego verbo lumbos defractus velim,
 Ni vere peieret, si coenassit domi. 180
 Haec verba subigunt me, uti mores barbaros
 Discam ac praeconis ut faciam compendium,
 Itaque auctionem praedicem, ipse ut veneam.

CROCOTIVM.

Hic ille est parasitus, quem arcessitum missa sum.
 Quae loquitur, auscultabo, priusquam conloquar. 185

GELASIMVS.

Sed curiosi sunt hic quam plures mali,
 Alienas res qui curant studio maximo,
 Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.
 Ei quando quem auctionem facturum sciunt:
 Adeunt, perquirunt, quid siet causae, eloco: 190

Alienum aes cogat, an pararit prandium;
 Vxorin' sit reddenda dos divortio.
 Eos omnes tametsi hercle haud indignos iudico,
 Qui, ut multum miseri sint, laborent: nil moror:
 Dicam (auctionis causam ut animo gaudeant: 195
 Nam curiosus nemo est, quin sit malevolus),
 Ipsus egomet quamobrem auctionem praedicem.
 Damna evenerunt maxuma misero mihi:
 Ita me mancipia miserum adfecerunt male —
 Potationes plurimae demortuae. 200
 Quot adeo coenae, quas deflevi mortuas!
 Quot potiones mulsi! quot autem prandia,
 Quae inter continuom perdidit triennium!
 Prae moerore adeo miser atque aegritudine
 Consenui; pene sum famed ecmortuos. 205

CROCOTIVM.

Ridiculus aequè nullus est, quando esurit.

GELASIMVS.

Nunc auctionem facere decretum est mihi:
 Foras necessum est, quidquid habeo, vendere.
 Adeste, sultis! praeda erit praesentium.
 Logos ridiculos vendo. Agite, licemini. 210
 Qui coena poscit? ecqui poscit prandio?
 Hercules te amabit prandio, coena, cibo.
 Ehem, adnuistin'? Nemo meliorem dabit
 Parasitum inanem, quo recondas reliquias;
 Nulli meliores esse parasito sinam 215
 Cavillationes, adsentatiunculas
 Ac periuratiunculas parasiticas,
 Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam,
 Vel ad unctiones graecas sudatorias,
 Vel ad alias male malacas crapularias. 220

Haec veniisse iam est opus, quantum potest:
Vt decumam partem Herculi polluceam.

CROCOTIVM.

Ecastor auctionem haud magni preti!
Adhaesit homini ad infumum ventrem fames.
Adibo hominem.

GELASIMVS.

Quis haec est, quae advorsum it mihi? 225
Epignomi ancilla haec quidem est Crocotium.

CROCOTIVM.

Gelasime, salve.

GELASIMVS.

Non id est nomen mihi.

CROCOTIVM.

Certo mecastor id fuit nomen tibi.

GELASIMVS.

Fuit disertim; verum id usu perdidit;
Nunc Miccotrogus nomine ex vero vocor. 230

CROCOTIVM.

Ecastor, risi te hodie.

GELASIMVS.

Quando aut quo in loco?

CROCOTIVM.

Hic, quom auctionem praedicabas.

GELASIMVS.

Pessuma!

Eho, ne audivisti?

CROCOTIVM.

Te quidem dignissumam.

GELASIMVS.

Quo nunc is?

STICHVS.

343

CROCOTIVM.

Ad te.

GELASIMVS.

Quid venis?

CROCOTIVM.

Panegyris

Rogare iussit ted, ut opere maximo
Mecum simitud adires ad sese domum.

235

GELASIMVS.

Ego illo mehercle vero eo, quantum potest.
Iamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat?

CROCOTIVM.

Illa quidem nullum sacrificavit.

GELASIMVS.

Quomodo?

Quid igitur me volt?

CROCOTIVM.

Tritici modios decem

240

Rogare, opinor, te volt.

GELASIMVS.

Mene? ab se ut petam?

CROCOTIVM.

Imo hercle, ut abs te mutuom nobis duis.

GELASIMVS.

Nega esse, quod dem, nunc mihi nec mutuom
Neque aliud quidquam, nisi, quod habeo, hoc pal-
lium;

Lingvam quoque etiam vendidi datariam.

245

CROCOTIVM.

Hau, nulla tibi lingua est, quae quidem dicat Dabo?

GELASIMVS.

Veterem reliqui; eccillam, quae dicat Cedo.

CROCOTIVM.

Malum tibi di dent!

GELASIMVS.

Haec eadem dicit tibi.

CROCOTIVM.

Quid nunc? iturus, an non?

GELASIMVS.

Abi sane domum:

Iam illo venturum dicito. Propera atque abi. 250

Demirror, quid illaec me ad se arcessi iusserit,

Quae nunquam iussit me ad se arcessi ante hunc
diem,

Postquam vir abiit eius. Miror, quid siet;

Nisi, ut periculum fiat, visam, quid velit.

Sed eccum Pinacium, eius puerum! Hoc vide! 255

Satin' ut facete atque ex picturad adstitit?

Nae iste edepol vinum poculo pauxillulo

Saepe exantlavit submerum scitissime!

P I N A C I V M. G E L A S I M V S.

P I N A C I V M.

Mercurius, Iovis qui perhibetur nuntius, nunquam
aeque suo patri t. t. II, 2.Nuntium lepidum attulit, quamde ego nunc meae
herae nuntiabo; 260

Itaque onustum pectus porto laetitia lubentiaque,

Neque lubet, nisi gloriose, quidquam proloqui. Pro-
fectoAmoenitates omnium venerum atque venustatum ad-
fero, i. t.

Ripasque superat mi atque abundat pectus laetitia
meum!

Nunc tibi potestas adipiscendi est gloriam, laudem,
decus: 265

Propera! pedes hortare! honesta dicta factis, Pi-
nacium,

Heraeque egenti subveni benefacta maiorum tuum,
Quae misera est expectatione Epignomi adventus viri!
Proinde, ut decet, virum amat suum cupide: nunc,
Pinacium, expedi!

Age, ut placet! curre, ut lubet! cave quemquam
flocificeris! 270

Cubitis depulsa de via! tranquillam concinna viam!
Si rex obstabit obviam: regem ipsum prius per-
vortito!

GELASIMVS.

Quidnam dicam Pinacium lascivibundum currere?

t. t. c.

Arundinem fert sportulamque et hamulum pesca-
rium. i. t.

PINACIVM.

Sed tandem, opinor, aequiust, heram mihi esse sup-
plicem, at- 275

que oratores mittere ad me donaque ex auro et
quadrigas, t. t.

Qui vehar: nam pedibus ire non queo. Ergo iam
revortar:

Ad med iri et supplicari egomet mi aequom cen-
seo. — t. t. c.

At vero nugas censeas nihili esse, quod ego nunc
scio. — i. t.

Nimis vellem haec herum fugissent: ea causa ut haberent malum. t. t. c.

Defessus sum pultando: an.

Hoc est postremum vobis!

GELASIMVS.

Ibo atque hunc conpellabo. 300

Salvos sis.

PINACIVM.

Et tu salve.

GELASIMVS.

Iam tu piscator factus?

PINACIVM.

Quampridem non edisti?

GELASIMVS.

Vn-

de is? quid fers? quid festinas?

PINACIVM.

Tua quod nihilum refert, 305

Ne cures.

GELASIMVS.

Quid inest istic?

PINACIVM.

Quas tu vides colubras?

GELASIMVS.

Quid tam iracundus?

PINACIVM.

Si in te

Pudor adsit: non me adpelles.

GELASIMVS.

Possum scire ex te verum? 310

PINACIVM.

Potes: hodie non coenabis.

PANEGYRIS. GELASIMVS. PINACIVM.

PANEGYRIS.

Quisnam, obsecro, has frangit foris? ubi est?

i. tr. br. II, 3.

Tun' haec facis? tun' mi hostis huc venis?

GELASIMVS.

Salve. Tuo arcessitu venio huc.

PANEGYRIS.

Ean' gratia foris efringis? as. ex t. d. et i. d. h.

GELASIMVS.

Tuos inclama: tui delinquent. Ego, quid me vel-
les, visebam. 315

Nam harunc quidem miserebat.

PINACIVM.

Ergo auxilium propere latum est. i. t. c.

PANEGYRIS.

Quisnam hic loquitur tam prope nos?

PINACIVM.

Pinacium.

PANEGYRIS.

Vbi is est? i. s.

PINACIVM.

Respice me et relinque egentem parasitum, Pane-
gyris. t. t. c.

PANEGYRIS.

Pinacium

PINACIVM.

Istuc indidere nomen maiores mihi.

PANEGYRIS.

Quid agis?

PINACIVM.

Quid agam, rogitas?

PANEGYRIS.

Quidni rogitem?

PINACIVM.

Quid mecum est tibi? 320

PANEGYRIS.

Mein' fastidis, propudiose? Eloquere propere, Pinacium!

PINACIVM.

Iube me omittere igitur hos, qui retinent.

PANEGYRIS.

Qui retinent?

PINACIVM.

Rogas?

Omnia membra lassitudo mihi tenet

PANEGYRIS.

Linguam quidem

Sat scio tibi non tenere.

PINACIVM.

Ita celeri curriculo fui

Propere a portu, honoris causa tui.

PANEGYRIS.

Ecquid adportas boni? 325

PINACIVM.

Nimio inpartio multo tanto plus, quam speras.

PANEGYRIS.

Salva sum!

PINACIVM.

At ego perii, quoi medullam lassitudo perbibit!

GELASIMVS.

Quid ego, quoi misero medullam ventris percepit fames?

PANEGYRIS.

Ecquem convenisti?

PINACIVM.

Multos.

PANEGYRIS.

At virum ecquem?

PINACIVM.

Plurimos;

Verum ex multis nequiores nullum, quam hic est.

GELASIMVS.

Quomodo? 330

Nam iamdudum ego istunc patior dicere iniuste
mihî.

Praeterhac si me inritassis . . . !

PINACIVM.

Edepol esuries male.

GELASIMVS.

Animum inducam, ut, istuc verum te elocutum esse,
arbitrer.

PINACIVM.

Munditias volo fieri: ecferite huc scopas simulque
arundinem:

Vt operam omnem araneorum perdam et texturam
inprobem, 335

Deiiciamque eorum omnis telas.

GELASIMVS.

Miserae algebunt postea.

PINACIVM.

Quid? illas itidem censes esse, quasi te, cum veste
unica?

Cape illas scopas!

STICHVS.

351

GELASIMVS.

Capiam.

PINACIVM.

Hoc egomet, tu hoc converre!

GELASIMVS.

Fecero.

PINACIVM.

Ecquis huc ecfert nasiternam cum aqua?

GELASIMVS.

Sine suffragio

Populi tamen aedilitatem hic quidem gerit.

PINACIVM.

Age tu, ocius 340

Pinge humum! consperge ante aedis!

GELASIMVS.

Faciam.

PINACIVM.

Factum oportuit.

Hinc ego araneas de foribus deiiciam et de pariete.

GELASIMVS.

Edepol rem negotiosam!

PANEGYRIS.

Quid sit, nil etiam scio,

Nisi forte hospites venturi si sunt.

PINACIVM.

Lectos sternite!

GELASIMVS.

Principium placet de lectis.

PINACIVM.

Alii ligna caedite; 345

Alii piscis depurgate, quos piscator attulit!

Pernam et glandium deiicite!

GELASIMVS.

Hic hercle homo ninium sapit.

PANEGYRIS.

Non ecastor, ut ego opinor, satis herae morem geris.

PINACIVM.

Imo res omnis relictas habeo prae, quod tu velis.

PANEGYRIS.

Tum tu igitur, qua causa missus es ad portum, mi
expedi. 350

PINACIVM.

Dicam. Postquam me misisti ad portum cum luci
simul:

Commodum radiosus ecce sol superabat ex mari.
Dum percontor portitores, ecquae navis venerit
Ex Asia, et negant venisse: conspicatus sum interim
Cercurum ego, quo me maiorem non vidisse censeo.
355

In portum vento secundo, velo passo, pervenit.
Alius alium percontamur: quonia est navis? quid
vehit?

Interim Epignomum conspicio, tuom virum, et ser-
vom Stichum.

PANEGYRIS.

Hem, quid? Epignomum elocutus?

GELASIMVS.

Tuom virum et vitam meam!

PINACIVM.

Venit, inquam.

PANEGYRIS.

'Tun' eum ipsum vidisti?

PINA-

PINACIVM.

Ita: ego, ac lubens. 360

Argentique auriqve advexit multum

PANEGYRIS.

Nimis factum bene!

GELASIMVS.

Hercle vero capiam scopas atque hoc converram
lubens.

PINACIVM.

Lanam purpuramqve multam

GELASIMVS.

Ehem, qui ventrem vestiam!

PINACIVM.

Lectos eburatos, auratos

GELASIMVS.

Adcubabo regie!

PINACIVM.

Tum Babylonica peristromata, conchyliata tapetia. 365
Ninium advexit bonae rei.

GELASIMVS.

Hercle rem gestam bene!

PINACIVM.

Post, ut ocepi narrare, fidicinas, tibicinas,
Sambucas advexit secum forma eximia.

GELASIMVS.

Eugepae!

Quando adbibero: adludiabo. Tum sum ridiculis-
sumus.

PINACIVM.

Post unguenta multigenera multa.

GELASIMVS.

Non vendo logos 370

Iam; iam non facio auctionem: mi obtigit hereditas.
 Malevoli perquisitores auctionum perierint!
 Hercules, decumam esse adauctam, tibi quam vovi,
 gratulor.

PINACIVM.

Post autem advexit secum parasitos

GELASIMVS.

Heu, perii miser!

PINACIVM.

Ridiculissimos.

GELASIMVS.

Reverram hercle hoc, quod converri modo. 375
 Sunt logi venales illi, quos negabam vendere,
 E loco, et meo malo est quod malevolentes gaudeant.
 Hercule, sane, qui deus sis, discessisses non male!

PANEGYRIS.

Vidistin' virum sororis, Pamphilippum?

PINACIVM.

Non.

PANEGYRIS.

Adest?

PINACIVM.

Imo aiebant eum venisse simitu; sed ego citius huc 380
 Praecurri: ut nuntiarem nuntium exoptabilem.

PANEGYRIS.

I intro, Pinacium: iube famulos rem divinam mi
 adparent. —

Bene vale.

GELASIMVS.

Vin' administrem?

PANEGYRIS.

Sat servorum habeo domi.

STICHVS.

355

GELASIMVS.

Enimvero, Gelasime, opinor, provenisti futile,
Si neque ille adest, neque hic, qui venit, quidquam
subvenit. 385
Ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus:
Nam ni illos homines expello, ego occidi planissime.

EPIGNOMVS. STICHVS.

EPIGNOMVS.

Quom bene re gesta salvos convortor domum:
i. s. III, 1.
Neptuno gratis habeo et Tempestatibus;
Simul Mercurio, qui me in mercimoniis 390
Iuvit lucrisque quadruplicavit rem meam.
Olim quos abiens adfecit aegrimonia,
Eos laetantis nunc faciam adventu meo:
Nam iam Antiphonem conveni adfinem meum,
Cumque eo reveni ex inimicitia in gratiam. 395
Videte, quaeso, quid potest pecunia!
Quoniam bene re gesta redisse me videt
Magnasque adportavisse divitias domum:
Sine advocatis ibidem in cercuro, in stega,
In amicitiam atque in gratiam convortimus, 400
Et hic hodie apud me coenat et frater meus:
Nam heri ambo in uno portu fuimus; sed mea
Hodie soluta est navis aliquanto prius.
Age, abduc has intro, quas mecum adduxi, Stiche.

STICHVS.

Here, si ego taceam, seu loquar: scio, scire te, 405

Quam multas tecum miserias multaverim;
 Nunc hunc diem unum ex illis multis miseriis
 Volo me eleutheriam capere advenientem domum.

EPIGNOMVS.

Et ius et aequom postulas: sumas, Stiche,
 Istunc diem; te nil moror; abi, quo lubet. 410
 Cadum tibi veteris vini propino.

STICHVS.

Papae,

Ducam hodie amicam!

EPIGNOMVS.

Vel decem, dum de tuo.

Vbi coenas hodie, si istanc rationem institas?

STICHVS.

Amicam ego habeo Stephanium hinc e proxumo,
 Tui fratris ancillam; eae condixi in symbolam 415
 Ad coenam ad eius conservom Sagarinum Syrum.
 Eadem est amica ambobus; rivales sumus.

EPIGNOMVS.

Age, abduc eas intro. Hunc tibi dedo diem.

STICHVS.

Meam culpam habeto, nisi perexcruciavero.
 Iam hercle ego per hortum ad amicam transibo
 meam, 420

Mi hanc occupatum noctem; eadem symbolam
 Dabo et iubebo ad Sagarinum coenam coqui,
 Aut egomet ibo atque obsonabo obsonium.
 Atque, id ne vos miremini, homines servolos
 Potare amare atque ad coenam condicere: 425
 Licet hoc Athenis nobis. Sed, quom cogito:
 Quamde in dividiam veniam, est etiam hic ostium
 Aliud posticum nostrarum harumce aedium, et

Posticam partem magis utuntur aedium;
 Ea' ibo obsonatum, eadem referam obsonium 430
 Per hortum: utroque conmeatus continet.
 Ite hac secundum, vos, me. Ego hunc lacero diem!

GELASIMVS. EPIGNOMVS.

GELASIMVS.

Libros inspexi: tam confido, quam potest,
 Me meum obtenturum regem ridiculis meis.
 Nunc interviso, iamne a portu advenerit: 435
 Vt eum advenientem dictis meis deleniam.

EPIGNOMVS.

Hic quidem Gelasimus est parasitus, qui venit.

GELASIMVS.

Auspiciod hoc die optumo exivi foras:
 Mustela murem abstulit praeter pedes.
 Quoniam strenam obscaevavit: spectatum hoc mihi
 est. 440

Nam ut illa vitam reperit hodie sibi,
 Item me spero facturum. Augurium haec facit.
 Epignomus hic quidem est, qui adstat: ibo atque
 adloquar.

Epignome, ut ego te nunc conspicio lubens!
 Vt prae laetitia lacrumae prosiliunt mihi! 445
 Valuistin' usque?

EPIGNOMVS.

Sustentatum est sedulo.

GELASIMVS.

Bene atque amice dicis.

EPIGNOMVS.

Di dent, quæ velis.

GELASIMVS.

Propino tibi salutem plenis faucibus.

— Coenem illi apud te, — quoniam salvos advenis.

EPIGNOMVS.

Vocata est opera nunc quidem; tam gratia est. 450

GELASIMVS.

Promitte.

EPIGNOMVS.

Certum est.

GELASIMVS.

Sic fac, inquam.

EPIGNOMVS.

Certa rest.

GELASIMVS.

Lubente me hercle facies.

EPIGNOMVS.

Idem ego istuc scio.

Quando usus veniet: fiet.

GELASIMVS.

Nunc ergo usus est.

EPIGNOMVS.

Non edepol possum.

GELASIMVS.

Quid gravare? Censeas

Eas: nescio quid vero habeo in mundo.

EPIGNOMVS.

I modo; 455

Alium convivam quaerito tibi in hunc diem.

GELASIMVS.

Quin tu promittis?

EPIGNOMVS.

Non graver, si possiem.

GELASIMVS.

Vnum quidem hercle certum promitto tibi:
Lubens accipiam certo, si promiseris.

EPIGNOMVS.

Valeas.

GELASIMVS.

Certumne est?

EPIGNOMVS.

Certum: coenabo domi. 460

GELASIMVS.

Quandoquidem operam tuam ne vis promittere:
Vin' ad te ad coenam veniam?

EPIGNOMVS.

Si possit: velim;

Verum hic apud me coenant alieni novem.

GELASIMVS.

Haud postulo equidem med in lecto adcumbere.

Scis tute, med esse imi subselli virum. 465

EPIGNOMVS.

At ii oratores sunt populi, summi viri;

Ambracia veniunt huc legati publice.

GELASIMVS.

Ergo oratores populi, summates viri,

Adcumbent summi; ego infimatis infimus.

EPIGNOMVS.

Haud aequom est, te inter oratores accipi. 470

GELASIMVS.

Equidem hercle orator sum; sed procedit parum.

EPIGNOMVS.

Cras de reliquiis nos volo. Multum vale.

GELASIMVS.

Perii hercle vero plane, nihil obnoxie!

Vno Gelasimo minus est, quam dudum fuit.

Certum est mustelae posthac nunquam credere: 475

Nam incertiozem nullam novi bestiam.

Quaene ipsa decies in die mutat locum,

Eam auspicavi ego in re capitali mea?

Certum est amicos convocare: ut consulam,

Qua lege nunc med — esurire oporteat. 480

ANTIPHO. PAMPHILIPPVS.

EPIGNOMVS.

ANTIPHO.

Ita me di bene ament measque mihi bene servas-
sint filias, t. t. c. IV, 1.

Vt mihi volupe est, Pamphilippe, quia vos in pa-
triam domum

Redisse ambos bene gesta re video, te et fratrem
tuom.

PAMPHILIPPVS.

Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum
esse, Antipho;

Nunc, quia te mi amicum experior esse, credetur
tibi. 485

ANTIPHO.

Vocem ego te ad me ad coenam, frater tuos nisi
dixisset mihi,

Te apud se coenaturum hodie, cum me ad se coe-
nam vocat;
Et mage par fuerat, dare vobis me coenam adve-
nientibus,
Quam promittere me ad illum, nisi nollem advor-
sari.
Nunc, me gratiam abs te inire verbis, nil desidero;
Cras apud me eritis, et tu et ille, cum vestris uxo-
ribus.

PAMPHILIPPVS.

Et apud me perendie: nam ille heri in hunc iam
vocaverat
Me diem. Sed satin' ego tecum pacificatus sum,
Antipho?

ANTIPHO.

Quando ita rem gessistis, uti vos vellem amicosque
addecet:
Pax commerciumque est mecum: nam hoc tu facito
cogites:
Ut quoique homini res paratae, amici sunt; lassae
labant?
Itidem amici conlabascunt. Res amicos invenit.

EPIGNOMVS.

Iam redeo. Nimia est voluptas, si diu abfueris domo,
Si redieris, si tibi nulla est aegritudo animo obviam.
Nam ita me absente familiarem rem uxor curavit
meam,
Omnium exilem atque inanem fecit me aegritudinum.
Sed eccum fratrem Pamphilippum, incedit cum so-
cero suo.

PAMPHILIPPVS.

Quid agitur, Epignome?

EPIGNOMVS.

Quid tu? quamdudum a portu venis

Huc?

PAMPHILIPPVS.

Longissime.

EPIGNOMVS.

Postilla iam iste est tranquillus tibi?

ANTIPHO.

Magis quam mare, quo ambo estis vecti.

EPIGNOMVS.

Facis, ut alias res soles. 505

Hodiene exoneramus navem, frater?

PAMPHILIPPVS.

Clementer volo.

Nosmet potius nos vicissatim oneremus voluptatibus.

Quam mox cocta est coena? Inpransus ego sum.

EPIGNOMVS.

Abi intro ad me et lava.

PAMPHILIPPVS.

Deos salutatum atque uxorem modo intro devortor
domum.

EPIGNOMVS.

Apud nos, eccillam, festinat cum sorore uxor tua. 510

PAMPHILIPPVS.

Optimum est: iam istoc morae minus erit.

EPIGNOMVS.

Iam ego apud te ero.

ANTIPHO.

Priusquam abis, praesente ted huic apologum agere
unum volo.

EPIGNOMVS.

Maxime.

ANTIPHO.

Fuit olim, quasi ego sum, senex; ei filiae
Duae erant, quasi nunc meae sunt; eae erant duo-
bus nuptae fratribus,
Quasi nunc meae sunt vobis.

PAMPHILIPPVS.

Miror, quo evasurust apologus. 515

ANTIPHO.

Esse minori illi adulescenti fidicina et tibicina;
Peregre advexerat, quasi nunc tu. Sed ille erat
coelebs senex,

Quasi ego nunc sum.

PAMPHILIPPVS.

Perge porro. Praesens hic quidem apologust.

ANTIPHO.

Dein senex ille illi dixit, quoniam erat tibicina,
Quasi ego nunc tibi dico.

PAMPHILIPPVS.

Ausulto atque animum advorto sedulo. 520

ANTIPHO.

„Ego tibi meam filiam, bene quicum cubitares, dedi:
„Nunc mihi reddi ego aequom esse abs te, quicum
cubitem, censeo.“

PAMPHILIPPVS.

Quis istuc dicit? an illic quasi tu?

ANTIPHO.

Quasi ego nunc dico tibi. i. t.
„Imo duas dabo,“ inquit ille adulescens, „una si
parum est; t. t. c.
„Et si duarum poenitebit,“ inquit, „addentur duae.“ 525

PAMPHILIPPVS.

Quis istuc, quaeso? an ille quasi ego?

ANTIPHO.

Is ipse quasi tu. Senex i. t.
 Ille, quasi ego: „Si vis,“ inquit, „quatuor sane
 dato, t. t. c.
 „Dum quidem hercle, quod edant, addas: meum ne
 contruncent cibum.“

PAMPHILIPPVS.

Videlicet parcum fuisse illunc senem, qui dixerit;
 Quoniam ille illi pollicetur, qui im cibum poposce-
 rit. 530

ANTIPHO.

Videlicet nequam fuisse illum adolescentem, qui eloco,
 Vbi illic poscit, denegavit, se dare granum tritici.
 Quin hercle aequom postulabat ille senex, quando-
 quidem
 Filiae ille dederat dotem, accipere pro tibicina.

PAMPHILIPPVS.

Heracle illic quidem certo adolescens docte vorsu-
 tus fuit, 535
 Qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.

ANTIPHO.

Senex quidem voluit, si posset, indipisci de cibo; i. t.
 Quia nequit: qua lege licuit, velle dixit fieri.
 „Fiat,“ ille inquit adolescens. — „Facis benigne,“
 inquit senex.
 „Habeon' rem pactam?“ inquit. — „Faciam ita,“ in-
 quit, „ut fieri voles.“ 540
 Sed ego ibo intro et gratulabor vestrum ad-
 ventum filiis;

Post lavatum ibo in pyelum (ibi fovebo senectutem meam);

Post, ubi laverò, otiosus vos opperiar ad cubans. —

PAMPHILIPPVS.

Graphicum mortalem Antiphonem! ut apologum fecit! quam fabre!

Etiam nunc scelestus sese ducit pro adolescentulo! 545

Dabitur homini amica, noctu quae in lecto occentet senem:

Namque edepol aliud quidem illi quid amica opus sit, nescio.

Sed quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam valet?

EPIGNOMVS.

Vidi edepol hominem haud perdudum.

PAMPHILIPPVS.

Quid agit?

EPIGNOMVS.

Quod famelicus.

PAMPHILIPPVS.

Quin vocavisti hominem ad coenam?

EPIGNOMVS.

Adveniens ne quid perderem. 550

Atque eccum tibi lupum in sermone! praesens esuriens adest. i. t.

PAMPHILIPPVS.

Ludificemur hominem.

EPIGNOMVS.

Capti consili memorem mones. t. t. c.

GELASIMVS. PAMPHILIPPVS.
EPIGNOMVS.

GELASIMVS.

Sed (id, quod occepi narrare vobis) quom hic non
adfui, t. t. c. IV, 2.

Cum amicis deliberavi iam et cum cognatis meis:
Ita mi auctores fuere, ut egomet me hodie iugula-
rem fame. 555

Sed videon' ego Pamphilippum cum fratre Epigno-
mo? Atque is est.

Adgrediar hominem. Sperate Pamphilippe, o spes
mea,

O mea vita, o mea voluptas, salve! Salvom gaudeo
Peregre te in patriam redisse salvo.

PAMPHILIPPVS.

Salve, Gelasime.

GELASIMVS.

Valuistin' bene?

PAMPHILIPPVS.

Sustentavi sedulo.

GELASIMVS.

Edepol gaudeo. 560

Edepol nae egomet modium mihi nunc mille esse
argenti velim!

EPIGNOMVS.

Quid eo tibi opust?

GELASIMVS.

Hunc ad coenam hercle ut vocem, te non vocem.

EPIGNOMVS.

Advorsum te fabulare illuc quidem.

GELASIMVS.

Ambos ut vocem.

EPIGNOMVS.

Edepol te vocem lubenter, si superfiat locus.

GELASIMVS.

Quin tum stans obstrusero aliquid strenue.

EPIGNOMVS.

Imo unum hoc potest. 565

GELASIMVS.

Quid?

EPIGNOMVS.

Vbi convivae abierint: tum venias

GELASIMVS.

Vae aetati tuae!

EPIGNOMVS.

Vna lautum, non ad coenam, dico.

GELASIMVS.

Di te perduint!

Quid ais, Pamphilippe?

PAMPHILIPPVS.

Ad coenam hercle alio promisi foras.

GELASIMVS.

Quid? foras?

PAMPHILIPPVS.

Foras hercle vero.

GELASIMVS.

Qui, malum, tibi lasso lubet

Foris coenare?

PAMPHILIPPVS.

Vtrum tu censes?

GELASIMVS.

Iube domi coenam coqui 570

Atque ad illunc renuntiari.

PAMPHILIPPVS.

Solus coenabo domi?

GELASIMVS.

Non enim solus: me vocato.

PAMPHILIPPVS.

At ille ne suscenseat,

Mea qui causa sumtum fecit.

GELASIMVS.

Facile excusari potest.

Mihi modo ausculta: iube domi coenam coqui.

EPIGNOMVS.

Non me quidem

Faciet auctore, hodie ut illum decipiat.

GELASIMVS.

Non tu hinc abis? 575

Nisi me non perspicere censes, quid agas. Cave,

sis, tu tibi:

Nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi esu-
riens lupo.

Non tu scis, quamde ecflitentur homines noctu hic
in via?

PAMPHILIPPVS.

Tanto plaris, qui defendant, ire advorsum iussero.

GELASIMVS.

Non i! non i!

EPIGNOMVS.

Quid tanto opere suades, ne bitat?

GELASIMVS.

Iube 580

Domi mihi tibi tuaeque uxori celeriter coenam
coqui.

Si hercle faxis: non, opinor, dices, deceptum fore.

PAM-

PAMPHILIPPVS.

Per hanc tibi coenam incoenato, Gelasime, esse hodie licet. i. t.

GELASIMVS.

Ibisne ad coenam foras?

PAMPHILIPPVS.

Apud fratrem coeno in proxumo. t. t. c.

GELASIMVS.

Certumne est?

PAMPHILIPPVS.

Certum.

GELASIMVS.

Edepol te hodie lapide percussum velim! 585

PAMPHILIPPVS.

Non metuo: per hortum transeo; non prodibo in publicum.

EPIGNOMVS.

Quid agis, Gelasime?

GELASIMVS.

Oratores tu accipis: habeas tibi.

EPIGNOMVS.

Tua pol refert enim.

GELASIMVS.

Si quidem mea refert: opera utere;

Posce.

EPIGNOMVS.

Edepol tibi, opinor, locum etiam uni conspicor, ubi

Adcubes

PAMPHILIPPVS.

Sane faciundum censeo.

GELASIMVS.

O lux oppidi! 590

EPIGNOMVS.

Si arte poteris ad cubare.

GELASIMVS.

Vel inter cuneos ferreos.

Tantum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci.

EPIGNOMVS.

Exorabo aliquo modo: veni.

GELASIMVS.

Huccine?

EPIGNOMVS.

Imo in carcerem:

Nam hic quidem meliorem Genium tuum non facies. — Eamus, tu.

PAMPHILIPPVS.

Deos salutabo modo; post ad te continuo transeo. 595

GELASIMVS.

Quid igitur?

EPIGNOMVS.

Dixi equidem, in carcerem ires.

GELASIMVS.

Quin si iusseris,

Eo quoque ibo.

EPIGNOMVS.

Di immortales, hic quidem in summam crucem
Coena aut prandio perduci potis.

GELASIMVS.

Ita ingenium est meum:
 Quicumvis depugno multo facilius quam cum fame.

PAMPHILIPPVS.

Novi ego: ista apud me satis spectata est mihi iam
 tua facilitas: 600
 Dum parasitus mi atque fratri fuisti, rem confre-
 gimus.

Nunc ego nolo mihi ted e Gelasimo Catagelasimum.

GELASIMVS.

Iamne abis tu? — Gelasime, vide, quid es capturus
 consili! —

Egone? — Tu nae. — Mihine? — Tibi nae. Vi-
 des, ut annona est gravis. i. t.

Vides, benignitates hominum ut periere et prothy-
 miae. 605

Vides, ridiculos nihili fieri atque ipsos parasitarier. —
 Nunquam edepol me vivom quisquam in crastinum
 inspiciet diem: t. t. c.

Nam mihi iam intus potionem vincea onerabo gulam,
 Neque ego hoc committam, ut homines me mortuom
 dicant fame.

S T I C H V S.

More hoc fit atque stulte mea sententia: i. s. V, 1. 610
 Si, quem hominem exspectant, eum solent provisere,
 Qui hercle illa causa nihilo veniet ocus.
 Idem ego nunc facio, qui proviso Sagarinum,
 Qui nihilo veniet ocus tam hac gratia.

Iam hercle ego decumbam solus, si ille huc non ve-
nit. 615

Cadum modo hinc a me huc cum vino transferam;
Postilla adcumbam. Quasi nix, tabescit dies. —

SAGARINVS. STICHVS.

SAGARINVS.

Salvete, Athenae, quae nutrices Graeciae! i. s. V, 2.
Herilis terri patria, te video lubens!
Sed amica mea et conserva quid agat Stephanium, 620
Cura est; ut valeat. Nam Sticho mandaveram,
Salutem ut nuntiaret ei atque ut diceret,
Me hodie venturum, ut coenam coqueret temperi.
Sed Stichus est hic quidem.

STICHVS.

Fecisti, here, facetias,
Cum hoc donavisti dono tuom servom Stichum. 625
Proh di immortales, quot ego voluptates fero,
Quot risiones, quot iocos, quot savia,
Saltationes, blanditias, prothymias!

SAGARINVS.

Stiche, quid fit?

STICHVS.

Hem! — euge, Sagarine lepidissime!
Fero convivam Dionysum mihiq̄ue et tibi: 630
Namque edepol coena dicta est; locus liber datust
Mihī et tibi apud vos: nam apud nos est convivium;

Ibi voster coenat cum uxore adeo et Antipho;
Ibidem herus est noster. Hoc mihi dono datum est.

SAGARINVS.

Quis summanavit aurum?

STICHVS.

Quid id ad te attinet? 635

Proin' tu lavare propera.

SAGARINVS.

Lautus sum.

STICHVS.

Optume:

Sequere ergo med hac intro.

SAGARINVS.

Ego vero sequor.

STICHVS.

Volo eluamus hodie. Peregrina omnia
Relinque: Athenas nunc colamus! Sequere me.

SAGARINVS.

Sequor et domum redeunti principium placet: 640
Bona scaeva strenaque obviam accessit mihi.

STEPHANIVM.

Mirum videri nemini vestrum volo, spectatores,
i. t. c. V, 3.

Quid ego hinc, quae illic habito, exeam: faciam vos
certiores.

Domo dudum huc accessita sum: quoniam nuntia-
tum est,

Istarum venturos viros: ibi festinamus omnes, 645
 Lectis sternendis studuimus munditiisque adparandis.
 Inter illud tam negotium meis curavi amicis,
 Sticho et conseruo Sagarino meo, coena cocta ut
 esset.

Stichus obsonatust; ceterum ego curando id adlegavi.
 Nunc ibo hinc et amicos meos curabo hic adve-
 nientis. 650

S A G A R I N V S. S T I C H V S.

SAGARINVS.

Agite, ite foras! a. V, 4.
 Ferte pompam! Cado te praeficio, Stiche, c. t.
 Omnimodis tentare certum est nostrum hodie con-
 vivium. t. t. c.

STICHVS.

Ita me di ament, lepide accipimur, quom hoc reci-
 pimur in loco,
 Quisquis praetereat, comissatum volo vocari.

SAGARINVS.

Convenit, i. t. 655
 Dum quidem hercle quisque veniat cum vino suo;
 nam hinc quidem hodie t. t.
 Pollucturae praeter nos iactura dabitur nemini. t. t. c.
 Nosmet inter nos ministremus monotrope. Hoc
 convivium est
 Pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabu-
 lis, ficulis,
 Olea in tryblio, lupillis, conminuto crustulo. 660

Sat. est! bas. i.
 Servo homini modeste melius facere sumtum quam
 ampliter. t. t. c.
 Suom quemque decet. a.
 Quibus divitiae domi sunt: scaphio et cantharis bi-
 bant batiacis; t. t.
 At nos nostro Samiolo poterio tam vivimus, t. t. c. 665
 Nos tamen ecficimus pro opibus nostra moenia. i. s.
 Amicae uter utrubi adcumbamus?

STICHVS.

Abi tu sane superior. i. t.
 Atque adeo (ut tu scire possis, factum) ego tecum
 hoc divido: t. t. c.
 Vide: utram tibi lubet etiamnum capere, cape pro-
 vinciam.

SAGARINVS.

Quid istuc est provinciae?

STICHVS.

Vtrum Fontinali, an Libero, i. t. 670
 Imperium te inhibere mavis?

SAGARINVS.

Nimio liquido Libero. t. t. c.
 Sed amica mea et tua dum comit dumque sese
 exornat, nos volo i. t.
 Tam ludere inter nos. Strategum te facio huic con-
 vivio.

STICHVS.

Nimum lepide in mentem venit. Potius in sub-
 sellio t. t. c.
 Cynice accipimur, quamde in lectis?

SAGARINVS.

Imo enim hic mage dulciust. 675

Sed interim, stragege noster, cur hic cessat cantharus?
i. t.

Vide, quot cyathos bibimus.

STICHVS.

Tot, quod digiti sunt tibi in manu. t. t. c.

SAGARINVS.

Cantio est: ἢ πέντε πίν', ἢ τρεῖς πίν', εἰ μὴ τέτταρα:
 Tibi propino decuma. Fontem tibi tute inde, si sapis.
 Bene vos! bene nos! bene te! bene me! bene nostram etiam Stephanium! 680

STICHVS.

Bibe, si bibis.

SAGARINVS.

Non mora erit apud med.

STICHVS.

Edepol convivi sat est;
 Modo nostra huc amica accedat. Id abest; aliud
 nil abest.

SAGARINVS.

Lepide hoc actum est. Tibi propino cantharum.
 Vinum tu habes;

Nimis vellem aliquid pulpamenti.

STICHVS.

Si horum, quae adsunt, poenitet,
 Nihil est. Tene aquam.

SAGARINVS.

Melius dicis. Nil moror cupedia. 685
 Bibe, tibicen! age, si quid agis! bibendum hercle
 hoc est! ne nega! as. ex t. d. et i. d.
 Quid hoc fastidis, quod faciundum vides tibi esse?
 quin bibis?

Age, si quid agis! accipe, inquam! non hoc inpen-
det publicum.

Haud tuom istuc est, vereri ted. Eripe ore tibias!

STICHVS.

Vbi illic biberit: vel servato meum modum, vel tu
dato: . t. t. c. 650

Nolo ego nos pro summo bibere: nulli re erimus
postea.

Namque edepol quamvis desubito vel cadus vorti
potest.

SAGARINVS.

Quid igitur? Quamquam gravatus fuisti: non nocuit
tamen.

Age, tibicen, quom bibisti, refer ad labia tibias!

Suffla celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia!
695

Agedum, Stiche: uter demutassit, poculo multabitur.

STICHVS.

Bonum ius dicis. Inpetrare oportet, qui aequom
postulat. i. t.

SAGARINVS.

Age ergo, observa! Si peccassis: multam hic reti-
nebo eloco.

STICHVS.

Optimum atque aequissimum oras. Hem tibi hoc
primum omnium! t. t. c.

Haec facetia est, amare inter se rivalis duos, 700

Vno cantharo potare et unum scortum ducere.

Hoc memorabile est: ego tu sum, tu es ego; una-
nimi sumus;

Vnam amicam amamus ambo; mecum ubi est, tecum est tamen;
 Tecum ubi autem est, mecum ibidem est; neutri neuter invidet.

SAGARINVS.

Ohe, iam satis est! nolo obcaedas. Catuli ut ludunt, nunc volo. 705
 Vin' amicam huc evocemus? Ea saltabit.

STICHVS.

Censeo.

SAGARINVS.

Mea suavis, amoena, amabilis, ad tuos amores, Stephanium, i. t.
 Foras egredere! satis mihi pulcra es.

STICHVS.

At enim pulcerruma.

SAGARINVS.

Fac nos hilares hilariores opera atque adventu tuo! t. t. c.
 Peregre advenientes te expetimus, Stephaniscidium, mel meum, as. ex a. d. et t. d. c. 710
 Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus!

STEPHANIVM. SAGARINVS. STICHVS.

STEPHANIVM.

Morem vobis geram, meae deliciae. Nam ita c. t. V, I.
 Me Venus amoena amet, c. d.

Vt ego iamdudum huc exissem simitu vobiscum fo-

ras, t. t. c.

Nisi me vobis exornarem: nam ita ingenium est mu-

liebre: 715

Bene quom lauta, tersa, ornata, ficta est: inficta est

tamen.

Nimioque sibi mulier meretrix reperit odium ocius

Sua immunditia, quam in perpetuom ut placeat mun-

ditia sua.

SAGARINVS.

Nimium lepide fabulata est

STICHVS.

Veneris mera est oratio. —

Sagarine!

SAGARINVS.

Quid est.

STICHVS.

Totus doleo.

SAGARINVS.

Totus? Tanto miserior. 720

STEPHANIVM.

Vtrubi adcumbo?

SAGARINVS.

Vtrubi tu vis?

STEPHANIVM.

Cum ambobus volo: nam ambos amo.

STICHVS.

Vapulat peculium! actum est! fugit hoc Libertas

caput!

STEPHANIVM.

Date mihi locum, ubi adcumbam, amabo, si quidem
placeo. Tum ibi
Cupio cum utroque bene mihi esse.

STICHVS.

Dispereo

SAGARINVS.

Quid ais?

STEPHANIVM.

Quid ergo? t. t.

STICHVS.

Ita me di ament, nunquam enim fiet hodie, haec
quin saltet tamen! — t. t. c. 725
Age, mulsa mea suavitudo, salta! saltabo ego simul.

SAGARINVS.

Nunquam edepol med istoc vinces, quin ego ibi-
dem pruriam.

STEPHANIVM.

Si quidem mihi saltandum est: tum vos date, bibat,
tibicini.

STICHVS.

Et quidem nobis.

SAGARINVS.

Tene, tibicen, primum; postidea loci,
Si hoc eduxeris, proinde, ut consuetus antehac, ce-
leriter 730
Lepidam et suavem cantionem aliquam occipito ci-
naedicam,

Vbi perpruriscamus usque ex unguiculis. — Inde
huc aquam. —

Tene tu hoc; educe. Dudum haud placuit potio; i. s.
Nunc minus gravate iam accipit. — Tene, tu. —

Interim,

Meus oculus, da mihi savium, dum illic bibit. 735
Prostibuli est autem, stantem stanti savium
Dare amicum amicae.

STICHVS.

Euge, euge! — Sic furi datur!

[Quid igitur? Quanquam gravatus: non nocuit ta-
men.]

SAGARINVS.

Age, iam infla buccas.

STICHVS.

Nunc iam aliquid suaviter
Redde cantionem veteri pro vino novam.

SAGARINVS.

Qui Ionicus aut cinaedicus, qui hoc tale facere pos-
siet? i. t. 740

Si istoc me vorsu viceris: alio me provocato! i. t. c.
Fac tu hoc modo!

STICHVS.

At tute hoc modo!

SAGARINVS.

Babae!

STICHVS.

Tatae!

SAGARINVS.

Papae!

STICHVS.

Pax!

SAGARINVS.

Nunc pariter ambo. Omnis voco cinaedos, contra
stetis! --


Satis esse nobis non magis potus est quam fungo
imbris.

STICHVS.

Intro hinc abeamus nunc iam: saltatum satis pro
vino est. 745

Vos, spectatores, plaudite atque ite ad vos comis-
satum.

T R I N V M V S.



A R G V M E N T V M.

Thesaurum abstrusum abiens peregre Charmides
Remque omnem amico Callicli mandat suo.
Istoc absente male rem perdit filius:
Nam et aedis vendit. Has mercatur Callicles.
Virgo indotata soror istius poscitur.
Minus quo cum invidia ei det dotem Callicles,
Mandat, qui dicat, aurum ferre se a patre.
Vt venit ad aedis: hunc deludit Charmides
Senex, ut rediit; quous nubunt liberi.

DRAMATIS PERSONAE.

LVXVRIA.

INOPIA.

MEGARONIDES.

CALLICLES.

LYSITELES.

PHILTO.

LESBONICVS.

STASIMVS.

CHARMIDES.

SYCOPHANTA.

P R O L O G V S.

L V X V R I A. I N O P I A.

L V X V R I A.

Sequere hac me, gnata: ut munus fungaris tuom.

I N O P I A.

Sequor; sed finem fore quem dicam nescio.

L V X V R I A.

Adest: hem, illaec sunt aedes! I intro nunc iam.
Nunc, ne quis erret vostrum, paucis in viam
Deducam, si quidem operam dare promittitis. 5
Nunc igitur primum, quae ego sim et quae illaec
siet,

Huc quae abiit intro, dicam, si animum advortitis.
Primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit;
Tum illanc mihi gnatam esse voluit Inopiam.
Sed, ea quid huc introierit impulsu meo, 10
Accipite et date vacivas auris, dum eloquor.
Adulescens quidam est, qui in hisce habitat aedibus;
Is rem paternam me adiutrice perdidit.
Quoniam ei, qui me alat, nil video esse reliquii:
Dedi meam gnatam, quicum aetatem exigat. 15
Sed, de argumento ne expectetis fabulae,
Senes, qui huc venient, hi rem vobis aperient.

Huic nomen est Thesauro graece fabulae;
 Philemo scripsit; Plautus vortit barbare,
 Nomen Trinumo fecit. Nunc vos hoc rogat, 20
 Vt liceat possidere hanc nomen fabulam.
 Tantum est. Valete! adeste cum silentio!

M E G A R O N I D E S.

Nae, amicum castigare ob merita, nunc male i. s. I, 1.
 Inmoene est facinus, verum in aetate utile
 Et conducibile. Nam ego amicum hodie meum
 Concastigabo pro conmerita noxia
 Invitus, ni id me invitet ut faciam fides. 5
 Nam hic nimium morbus mores invasit bonos:
 Ita plerique omnes iam sunt intermortui.
 Sed, dum illi aegrotant, interim mores mali,
 Quasi herba inrigua, subcrevere uberrume,
 Neque quidquam hic vile nunc est, nisi mores ma-
 li; 10
 Eorum licet iam messem metere maxumam;
 Nimioque hic pluris pauciorum gratiam
 Faciunt pars hominum, quam id, quod prosit plu-
 ribus.
 Ita vincunt illud conducibile gratiae,
 Quae in rebus multis obstant odiosaeque sunt 15
 Remoramque faciunt re privatae et publicae.

CALLICLES. MEGARONIDES.

CALLICLES.

Larem corona nostrum decorari volo. i. s. I, 2.
 Vxor, venerare: ut nobis haec habitatio
 Bona fausta felix fortunataque evenat, —
 Teque ut, quam primum possit, videam ecmortuam. 20

MEGARONIDES.

Hic ille est, senecta aetate qui factus puer,
 Qui admisit in se culpam castigabilem.
 Adgrediar hominem.

CALLICLES.

Quoia vox prope me sonat?

MEGARONIDES.

Tui benevolentis, si ita es, ut ego volo;
 Sin aliter es, inimici atque irati tibi. 25

CALLICLES.

O amice, salve, atque aequalis! ut vales,
 Megaronides?

MEGARONIDES.

Et tu edepol salve, Callicles.
 Valen'?' valuistin'?

CALLICLES.

Valeo et valui rectius.

MEGARONIDES.

Quid agit tua uxor? ut valet?

CALLICLES.

Plus, quam ego volo.

MEGARONIDES.

Bene hercle est, illam tibi valere et vivere. 30

CALLICLES.

Credo hercle, te gaudere, si quid mihi mali est.

MEGARONIDES.

Omnibus amicis, quod mihi est, cupio esse item.

CALLICLES.

Eho, tua uxor quid agit?

MEGARONIDES.

Inmortalis est:

Vivit victuraque est.

CALLICLES.

Bene hercle nuntias,

Deosque oro, ut vitae tuae superstes suppetat. 35

MEGARONIDES.

Dum quidem hercle tecum nupta sit: sane velim.

CALLICLES.

Vin' conmutemus? tuam ego ducam et tu meam?

Faxo haud tantillum dederis verborum mihi.

MEGARONIDES.

Nam quidem tu, credo, mi imprudenti obrepseris.

CALLICLES.

Nae tu hercle faxod haud scies, quam rem egeris. 40

MEGARONIDES.

Habeas, ut nactus: nota mala res optuma est:

Nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam, ne-
sciam.

Edepol proinde ut bene vivitur, diu vivitur.

Sed hoc animum advorte atque aufer ridicularia:

Nam ego dedita opera huc ad te advenio.

CALLICLES.

Quid venis? 45

MEGARONIDES.

Malis te ut verbis multis multum obiurgitem.

CALLICLES.

Men'?

MEGARONIDES.

Numquis est hic alius praeter me atque te?

CALLICLES.

Nemo est.

MEGARONIDES.

Quid igitur rogitas, tene obiurgitem,
 Nisi tute mihi me censes dicturum male?
 Nam si in te aegrotant artes antiquae tuae, 50
 Sive inmutare vis ingenium moribus,
 Aut si demutant mores ingenium tuom,
 Neque eos antiquos servas, ast captas novos:
 Omnibus amicis morbum tu incuties gravem,
 Vt te videre audireque aegroti sient. 55

CALLICLES.

Qui in mentem venit tibi istaec dicta dicere?

MEGARONIDES.

Quia omnis bonos bonasque adcurare addecet,
 Suspicionem et culpam ut ab se segregent.

CALLICLES.

Non potis utrumque fieri.

MEGARONIDES.

Quapropter?

CALLICLES.

Rogas?

Ne admittam culpam, ego meo sum promus pecto-
 ri; 60

Suspicio est in pectore alieno sita.

Nam nunc ego si te subripuisse suspicer

Iovi coronam de capite e Capitolio,

Quod in culmine adstat summo; si id non feceris,

Atque id tamen mihi lubeat suspicari: 65
 Qui tu id prohibere me potes, ne suspicer?
 Sed istuc negoti scire cupio, quidquid est.

MEGARONIDES.

Haben' tu amicum aut familiarem quempiam,
 Quoi pectus sapiat?

CALLICLES.

Edepol (haud dicam dolo)

Sunt, quos scio esse amicos; sunt, quos suspicor; 70
 Sunt, quorum ingenium atque animus non pote
 noscier,

Ad amici partem an ad inimici pervenat:
 Sed tu ex amicis certis mi es certissimus.
 Si quid scis me fecisse inscite aut inprobe:
 Si id me ne aducas, tute obiurgandus.

MEGARONIDES.

Scio, 75

Et, si alia huc causa ad te adveni, aequom postulas.

CALLICLES.

Exspecto, si quid dicas.

MEGARONIDES.

Primodum omnium

Male dicitatur tibi volgo in sermonibus:
 Turpilucricupidum te vocant cives tui;
 Tum autem sunt alii, qui te volturium vocant: 80
 Hostisne an civis comedis, parvi pendere.
 Haec quom audio dici in ted: excrucior miser.

CALLICLES.

Est atque non est mi in manu, Megaronides:
 Quin dicant, non est; merito ut ne dicant, id est.

MEGARONIDES.

Fuitne hic tibi amicus Charmides?

CALLICLES.

Est et fuit. 85

Id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.
 Nam postquam hic eius rem confregit filius,
 Seque ad paupertatem ipse protractum videt,
 Suamque filiam esse adultam virginem,
 Simul eius matrem suamque uxorem mortuam: 90
 Quoniam hinc iturust ipsus in Seleuciam,
 Mihi commendavit virginem gnatam suam
 Et rem suam omnem et corruptum illum filium.
 Haec, si mi inimicus esset, credo, haud crederet.

MEGARONIDES.

Quid tu? adolescentem quom esse corruptum vi-
 des, 95

Qui tuae mandatus est fide et fiduciae,
 Quin eum restituis? quin ad frugem conrigis?
 Ei re operam dare te fuerat aliquanto aequius,
 Si qui probiorem facere possis; non, uti
 In eandem tute accederes infamiam, 100
 Malumque ut eius cum tuo misceres malo.

CALLICLES.

Quid feci?

MEGARONIDES.

Quod homo nequam.

CALLICLES.

Non istuc meum est.

MEGARONIDES.

Emistin' de adolescente has aedis? — Quid taces?
 Vbi nunc tute habitas?

CALLICLES.

Emi atque argentum dedi,
 Minas quadraginta, adolescenti ipsi in manum. 105

MEGARONIDES.

Dedisti argentum?

CALLICLES.

Factum, neque facti piget.

MEGARONIDES.

Edepol fide adolescentem mandatum malae!

Dedistine hoc ei gladium, qui se occideret?

Quid secus est aut quid interest, dare te in manus

Argentum amanti homini adolescenti, animi inpoti, 110

Qui exaedificaret suam inchoatam ignaviam?

CALLICLES.

Non ego illi argentum redderem?

MEGARONIDES.

Non redderes,

Neque de illo quidquam neque emeris neque venderes,

Nec, qui deterior esset, faceres copiam.

Inconciliastin' eum, qui mandatust tibi? 115

Ille, qui mandavit, eum exturbasti ex aedibus?

Edepol mandatum pulcre et curatum probe!

Crede huic tute: tuam rem melius gesserit.

CALLICLES.

Subigis maledictis me tuis, Megaronides,

Novo modo adeo, quod meae concreditum est 120

Taciturnitati clam fide et fiduciae,

Ne enuntiarem quoquam neu facerem palam,

Vt mihi necesse sit iam id tibi concredere.

MEGARONIDES.

Mihi quod credideris, sumes, ubi posiveris.

CALLICLES.

Circumspicedum te, ne quis adsit arbiter 125

Nobis, et, quaeso, identidem circumspice.

MEGARONIDES.

Ausculto, si quid dicas.

CALLICLES.

Si taceas, loquar.

Quoniam profectus hinc est peregre Charmides,
 Thesaurum demonstravit mihi in hisce aedibus,
 Hic in conclavi quodam Sed circumspecte. 130

MEGARONIDES.

Nemo est.

CALLICLES.

Numorum Philippeum ad tria millia.

Id solus solum per amicitiam et per fidem
 Flens me obsecravit suo ne gnato crederem,
 Neu quoiquam, unde ad eum id posset permanescere.
 Nunc si ille huc salvos revenit: reddam suom sibi; 135
 Si quid eo fuerit: certe illius filiae,
 Quae mihi mandata est, habeo dotem unde dem:
 Vt eam in se dignam conditionem conlocem.

MEGARONIDES.

Proh di immortales, verbis paucis quam cito
 Alium fecisti me! alius ad te veneram. 140
 Sed ut occepisti, perge porro proloqui.

CALLICLES.

Quid tibi ego dicam, qui illius sapientiam
 Et meam fidelitatem et celata omnia
 Pene ille ignavos funditus pessumdedit?

MEGARONIDES.

Quidum?

CALLICLES.

Quia, rure dum sum ego unos sex dies, 145
 Me absente atque insciente, inconsultu meo,
 Aedis venalis hasce inscribit literis.

MEGARONIDES.

Adesurivit mage et inhiavit acrius
 Lupus; observavit: dum dormitaret canes,
 Gregem universim voluit totum avortere. 150

CALLICLES.

Fecisset edepol, ni haec praesensisset canes,
 Sed nunc rogare ego vicissim te volo.
 Quid fuit officium meum me facere, face sciam.
 Vtrum indicare me ei thesaurum aequom fuit,
 Advorsum quam eius me obsecravisset pater? 155
 An ego alium paterer dominum fieri hisce aedibus?
 Qui emisset, essetne eius ea pecunia?
 Emi egomet potius aedis; argentum dedi
 Thesauri causa: ut salvom amico traderem;
 Neque adeo hasce emi mihi neque usurae meae; 160
 Illi redemi rursum, a me argentum dedi.
 Haec, seu sunt recta seu pervorse facta sunt,
 Egomet fecisse confiteor, Megaronides.
 Hem mea tibi malefacta! hem avaritiam meam!
 Hascine propter res maledicas famas ferunt? 165

MEGARONIDES.

Pausa. Vicisti castigatorem tuom;
 Occlusti linguam! nihil est, quod respondeam.

CALLICLES.

Nunc ego te quaeso, ut me opera et consilio iuves
 Communicesque hanc mecum meam provinciam.

MEGARONIDES.

Polliceor operam.

CALLICLES.

Ergo ubi eris paulo post?

MEGARONIDES.

Domi. 170

CALLICLES.

Numquid vis?

MEGARONIDES.

Cures tuam fidem.

CALLICLES.

Fit sedulo.

MEGARONIDES.

Sed quid ais?

CALLICLES.

Quid vis?

MEGARONIDES.

Vbi nunc adulescens habet?

CALLICLES.

Posticulum hoc recepit, quom aedis vendidit.

MEGARONIDES.

Istuc volebam scire. I sane nunc iam.

Sed quid ais? quid nunc virgo? nempe apud te est?

CALLICLES.

Ita est, 175.

Iuxtaque eam curo cum mea.

MEGARONIDES.

Recte facis.

CALLICLES.

Num, priusquam abeo, me rogitaturus?

MEGARONIDES.

Vale. —

Nihil est profecto stultius neque stolidius
 Neque mendaciloquius neque argutum magis
 Neque confidentiloquius neque periurium, 180
 Quam urbani adsidui cives, quos scurras vocant.
 Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho,
 Qui illorum verbis falsis acceptor fui,

Ad aetatem agundam. b. d.
 De hac re mihi satis haud liquet; nisi hoc sic faciam, opinor: i. t. c.
 Vtramque rem simul exputem; iudex sim reusque ad eam rem.

Ita faciam! ita placet! i. h.
 Omnium primum Amoris artis eloquar, quemadmodum expediant. t. t. 215
 Nunquam Amor quemquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas
 Coniicere; eos cupit, eos consecatur; subdole blanditur,
 Blandiloquentulus; ab re consulit, harpago, mendax, cuppes, avarus,
 Elegans, despoliator, latebricolarum hominum corruptor
 Blandus, inops, celati indagator: nam quomodo quis adamat, 220
 Quom sagittatis extemplo saviis percussus est: t. t. c.
 Eloco res foras labitur, liquitur. c. t.
 „Da mihi hoc, mel meum, si me amas, si audes!“ c. t. c.
 Ibi cuculus ille: „Ocelle mi, fiat et istuc, et si as. ex t. d. et i. d. c.
 Amplius vis dari.“ Ibi pendentem ferit illa: iam amplius orat; 225
 Non sat id est mali, quod ecibit, quod comest, quod facit sumti,
 Ni amplius etiam datur mox. t. d.
 Ducitur familia tota: vestiplici, unctor, auri custos, t. t.
 Flabelliferae, sandaligerulae, cantrices, cistellatrices,
 Nuntii, renuntii, raptores panis et peni. t. t. c. 230

Fit ipse, dum illis comis est, inops amator. i. tr. h.
 Haec ego quom ago cum meo animo et recolo, ubi
 qui eget, quam preti sit parvi: t. t.
 Apage te, Amor! non places! nil te utor, quamquam
 illuc est dulce.

Esse et bibere Amor amara dat, tibi satis quod sit
 aegre:

Fugit forum; fugat tuos cognatos; fugat ipse se a
 suo contuitu. 235

[Neque enim eum sibi amicum volunt dici.]

Mille modis amor ignorandus, procul adhibendus,
 abstinendus:

Nam qui in amorem praecipitavit, peius perit, quam
 si saxo saliat. as. ex t. d. et i. d. h.

Apage, sis, Amor! tuas res tibi habe, Amor! mihi
 amicus ne fuas unquam!

Sunt tam, quos miseros maleque habeas, tibi quos
 obnoxios fecisti.

Certum est ad frugem animum adplicare, co. ex c. d.
 et t. 240

Quamquam ibi animo labos grandis capitur.

Boni sibi haec expetunt: rem, fidem, honorem,
 Gloriam et gratiam. c. d.

Hoc probis pretium est. Eo mihi mage lubet
 as. ex 2 t. h.

Cum probis potius quam de cum improbis 245
 Vivere vanidicis. t. h.

P H I L T O. L Y S I T E L E S.

P H I L T O.

Quo illic homo foras se penetravit ex aedibus?

L Y S I T E L E S.

Pater, adsum. as. ex t. d. et i. d. c. II, 2.
Impera, quod vis: neque tibi ero in mora, neque
me latebrose

Abs tuo conspectu occultabo. t. d.

P H I L T O.

Feceris par tuis ceteris factis, c. t. c. 250
Patrem si percoles tuum per pietatem.
Nolo ego cum improbis te viris, gnate mi, c. t.
Neque in via neque in foro ullum sermonem ex-
sequi.

Novi hoc seclum ego, moribus quibus sit. Malus
bonum malum esse volt: ut t. t.

Sit sui similis; turbant, miscent mores mali, rapax,
avarus, 255

Invidus; sacrum profanum, publicum privatum ha-
bent, t. t. c.

Hiulca gens. Haec ego doleo; haec sunt, quae me
excruciant; as. ex 3 i. h.

Haec dies noctisque tibi canto ut caveas. as. ex 2 i. h.

Quod manu nequeunt tangere, tantum fas habent,
manus quo abstineant; t. t.

Cetera rape, trahe, fuge, late! Lacrimas haec mihi,
quom video, eliciunt, 260

Quia ego ad hoc genus duravi hominum. Quin prius
me ad pluris penetravi?

Nam hi maiorum mores laudant; eosdem lutulant,
quos conlaudant.

III.

[26]

Hisce ego de artibus gratiam facio, ne colas, ne in-
buas ingenium.

Meo modo moribus vivo antiquis; quae ego tibi
praecipio, ea facito.

Nihil ego istos moror fatuos mores, as. ex c. d. et t. 265
Turbidos, quis boni dedecorant se.

Haec tibi si mea imperia capesses: multa in pectore
bona consistent. t. t.

LYSITELES.

Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte adu-
lescentia t. t. c.

Tuis servivi servitum imperiis, praecipis, pater.
Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum; pro
imperio tuom. 270

Meum animum tibi servitum servire, aequom
censui.

PHILTO.

Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate de-
pugnat suo,

Vtrum ita se esse mavelit, ut eum animus aequom
censeat,

An ita potius, ut parentes eum esse et cognati velint;
Si animus hominem pepulit: actum est: animo ser-
vit, non sibi; 275

Si ipse animum pepulit: dum vivit, victor victorum
cluet.

Tu si animum vicisti, potius quam animus te: est,
quod gaudeas.

Nimio satius est, ut opust, te ita esse, quam ut ani-
mo lubet.

Qui animum vincunt, quam quos animus, semper
probiores cluent.

LYSITELES.

Istaec ego mihi semper habui aetati tegumentum
meae, 280

Ne penetrarem me usquam, ubi esset damni conci-
liabulum,

Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem
alteri.

Ne aegritudinem tibi, pater, parerem, parsi sedulo.
Sarta tecta tua praecepta usque habui mea mo-
destia.

PHILTO.

Quid exprobras, bene quod fecisti? Tibi fecisti, non
mihi. i. t. 285

Mihi quidem aetas acta est ferme; tua istuc refert
maxume. t. t. c.

Benefacta benefactis aliis pertegito: ne perpluant.

Is probus est, quem poenitet, quam probus sit et
frugi bonae;

Qui ipse sibi satis placet, nec probus est nec frugi
bonae;

Qui ipse se contemnit, in eo est indoles industriae.
290

LYSITELES.

Ob eam rem haec, pater, autumavi, quia res quae-
dam est, quam volo

Ego me abs te exorare.

PHILTO.

Quid id est? Veniam dare iam gestio.

LYSITELES.

Adolescenti huic genere summo, amico atque
aequali meo,

Minus qui caute et cogitate suam rem tractavit,
 pater,
 Bene volo ego illi facere, si tu non nevis.

PHILTO.

Nempe de tuo? 295

LYSITELES.

De meo: nam quod tuom est, meum est: omne
 meum est autem tuom.

PHILTO.

Quid is? egetne?

LYSITELES.

Eget.

PHILTO.

Habuitne rem?

LYSITELES.

Habuit.

PHILTO.

Qui eam perdidit?

Publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis?

Mercaturamne an venalis habuit, ubi rem perdidit?

LYSITELES.

Nihil istorum.

PHILTO.

Quid igitur?

LYSITELES.

Per comitatem edepol, pater; 300

Praeterea aliquantum animi causa in deliciis desper-
 didit.

PHILTO.

Edepol hominem praedicatum ferme familiariter,

Qui quidem nusquam per virtutem rem confregit
atque eget!

Nil moror eum tibi esse amicum cum eiusmodi
virtutibus.

LYSITELES.

Quia sine omni malitia est, tolerare egestatem eius
volo. 305

PHILTO.

De mendico male meretur, qui ei dat, quod edit
aut bibat:

Nam et illuc, quod dat, perdit, et illi prodit vitam
ad miseriam.

Non eo dico, quin, quae tu vis, ego velim et fa-
ciam lubens;

Sed ego hoc verbum quom illi quoidam dico, prae-
monstro tibi:

Vt ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat. 310

LYSITELES.

Deserere illum et deinvare in rebus advorsis pudet.

PHILTO.

Pol pudere quam pigere praestat, totidem literis.

LYSITELES.

Edepol deum virtute dicam, pater, et maiorum et tua
Multa bona bene parta habemus: bene si amico fe-
ceris,

Ne pigeat fecisse; ut potius pudeat, si non feceris. 315

PHILTO.

De divitiis magnis si quid demas, plus fit, an minus?

LYSITELES.

Minus, pater; sed civi innuni scis quid cantari
solet?

Quod habes, ne habeas, et illuc, quod nunc non
 habes, habeas, malum:
 Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati ne-
 que alteri.

PHILTO,

Scio equidem istuc ita solere fieri; verum, gnate
 mi, 320
 Is est immunis, quoi nihil est, qui munus fungatur
 suom. i. t.

LYSITELES.

Deum virtute habemus, et qui nosmet utamur, pater,
 t. t. c.

Et aliis qui comitati simus benevolentibus.

PHILTO.

Non edepol tibi pernegare possum quidquam, quod
 velis.
 Quoius egestatem tolerare vis? Loquere audacter
 patri. 325

LYSITELES.

Lesbonico huic adulescenti, Charmidai filio,
 Qui illic habitat,

PHILTO,

Qui comedit, quod fuit, quod non fuit?

LYSITELES.

Ne opprobra, pater: multa homini eveniunt, quae
 volt, quae nevolt.

PHILTO,

Mentire edepol, gnate, atque id nunc facis haud
 consuetudine:

Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi: 330
 Eo ne multa, quae nevolt, eveniunt, nisi fictor ma-
 lust.

LYSITELES.

Multa est opera opus ficturae, qui se fictorem probum
Vitae agundae esse expetit; sed hic admodum adu-
lescentulus.

PHILTO.

Non aetate, verum ingenio apiscitur sapientia.
Sapienti aetas condimentum est; sapiens aetati ci-
bust. — 335
Agedum, eloquere, quid dare illi nunc vis.

LYSITELES.

Nil quidquam, pater;
Tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.

PHILTO.

An eo egestatem ei tolerabis, si quid ab illo acce-
peris?

LYSITELES.

Eo, pater.

PHILTO.

Pol ego istam volo me rationem edoceas.

LYSITELES.

Licet.

Scin' tu illunc, quo genere gnatus sit?

PHILTO.

Scio, adprime probo. 340

LYSITELES.

Soror illi est adulta virgo grandis: eam cupio, pater,
Ducere uxorem.

PHILTO.

Sine dote?

LYSITELES.

Sine dote.

PHILTO,

Vxoremne?

LYSITELES.

Ita;

Tua re salva. Hoc pacto ab illo summam inibis
gratiam,

Neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliari.

PHILTO.

Ego indotatam te uxorem ut patiar . . . ?

LYSITELES.

Patiendum est, pater; i. t. 315

Et eo pacto addideris nostrae lepidam famam fa-
miliae. t. t. c.

PHILTO.

Multa ego possum docte dicta et quamvis facunde
loqui:

Historiam veterem atque antiquam haec mea sene-
ctus sustinet;

Verum ego quando te et amicitiam et gratiam in
nostram domum

Video adlicere, etsi adversatus tibi fui, istac iudico:

350

Tibi permitto; posce; duce.

LYSITELES.

Di te servassint mihi!

Sed adde ad istam gratiam unum.

PHILTO.

Quid id est autem unum?

LYSITELES.

Eloquar. i. t.

Tu ad eum adeas; tu concilies; tute poscas.

PHILTO.

Eccere! t. t. c.

LYSITELES.

Nimio citius transiges; firmum omne erit, quod tu
egeris.

Gravius tuom erit unum verbum ad eam rem, quam
centum mea. 355

PHILTO.

Ecce autem in benignitate hoc reperi negotium! —
Dabitur opera.

LYSITELES.

Lepidus vivis. Haec sunt aedes; hic habet;
Lesbonico est nomen: age, rem cura. Ego te op-
periar domi.

PHILTO.

Non optuma haec sunt neque, ego ut aequom cen-
seo; i. s.

Verum meliora sunt quam quae deterruma. 360

Sed hoc unum consolatur me atque animum meum,

Quia, qui nil aliud, nisi, quod sibi soli placet,

Consulit advorsum filium, nugas agit:

Miser ex animo fit, factius nihilo facit.

Suae senectuti is acriorem hiemem parat, 365

Quom importunam illanc tempestatem conciet.

Sed aperiuntur aedes, quo ibam: commode

Ipsae exit Lesbonicus cum servo foras.

LESBONICVS, STASIMVS, PHILTO.

LESBONICVS.

Minus quindecim dies sunt, quom pro hisce aedibus
i. s. II, 3.

Minas quadraginta accepisti a Callicle. 370

Estne hoc, quod dico, Stasime?

STASIMVS.

Quom considero:

Memnisse videor fieri.

LESBONICVS.

Quid factum est eo?

STASIMVS.

Comesum, expotum, exunctum, elotum in balineis;
Piscator, pistor, abstulit, lanii, coqui,
Olitores, myropolae, aucupes. Confit cito, 375
Quam si formicis tu obicias papaverem,
Nisi tu immortale rere esse argentum tibi.

LESBONICVS.

Minus hercle in istis rebus sumtum est sex minis.

STASIMVS.

Quid, quod dedisti scortis?

LESBONICVS.

Ibidem una traho.

STASIMVS.

Quid, quod defrudavi?

LESBONICVS.

Hem, ista ratio maxuma est! 380

STASIMVS.

Non tibi illud adparere, si sumas, potest?
Sero atque stultè, prius quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.

LESBONICVS.

Nequaquam argenti ratio conparet tamen.

STASIMVS.

Ratio quidem hercle adparet; argentum οἶχεται, 385

Minas quadraginta accepisti a Callicle,

Et ille aedis abs te accepit mancupio.

LESBONICVS.

Admodum.

PHILTO,

Pol, opino, adfinis noster aedis vendidit.

Pater quom peregre veniet: in porta est locus,

Nisi forte in ventrem filio conrepserit. 390

STASIMVS.

Trapezitae mille drachumarum Olympicum,

Quas de ratione debuisti, redditae.

LESBONICVS.

Nempe quas spopondi,

STASIMVS.

Imo quas dependi, inquito.

Quas sponsione pro tu exactus nuper es

Pro illo adulescente, quem tu esse aibas divitem. 395

LESBONICVS.

Factum.

STASIMVS.

Vt quidem illud perierit.

LESBONICVS.

Factum id quoque est.

Nam nunc eum vidi miserum: me eius miseritum est.

STASIMVS.

Miseret te aliorum, tui nec miseret nec pudet.

PHILTO.

Tempus adeundi est.

LESBONICVS.

Estne hic Philto, qui advenit?

Is hercle est ipsus.

STASIMVS.

Edepol nae ego istunc velim 400

Meum fieri servom cum suo peculio.

PHILTO.

Herum atque servom plurimum Philto iubet

Salvere, Lesbonicum et Stasimum.

LESBONICVS.

Di duint

Tibi, Philto, quaecunque optes. Quid agit filius?

PHILTO.

Bene volt tibi.

LESBONICVS.

Edepol mutuom mecum facit. 405

STASIMVS.

Nequam illud verbum est „Bene volt,“ nisi qui
bene facit.

Egoque volo esse liber; nequidquam volo.

Hic postulet frugi esse; nugas postulet.

PHILTO.

Meus gnatus me ad te misit: inter se atque vos.

Adfinitatem ut conciliarem et gratiam. 410

Tuam volt sororem ducere uxorem; et mihi

Sententia eadem est et volo.

LESBONICVS.

Haud nosco tuom?

Bonis tuis rebus meas res inrides malas.

PHILTO.

Homo ego sum, homo tu es: ita me amabit Iupiter!

Neque te derisum veni neque dignum puto; 415

Verum hoc, ut dixi, meus me oravit filius,
Vt tuam sororem poscerem uxorem sibi.

LESBONICVS.

Mearum me rerum novisse aequom est ordinem.
Cum vobis nostra non est aequa factio:
Adfinitatem vobis aliam quaerite. 420

STASIMVS.

Satin' tu sanus mentis aut animi tui,
Qui conditionem hanc repudies? nam illunc tibi
Ferentaneum esse amicum inventum intellego.

LESBONICVS.

Abin' hinc dierecte?

STASIMVS.

Si hercle ire occipiam: vetes.

LESBONICVS.

Nisi me aliud quid vis, Philto: respondi tibi. 425

PHILTO.

Benigniore, Lesbonice, te mihi,
Quam nunc experior esse, confido fore:
Nam et stulte facere et stulte fabularier
Vtrumque, Lesbonice, in aetate haud bonum est.

STASIMVS.

Verum hercle hic dicit.

LESBONICVS.

Oculum ego ecfodiam tibi, 430

Si verbum addideris!

STASIMVS.

Heracle quin dicam tamen:

Nam si sic non licebit, luscus dixero.

PHILTO.

Ita tu nunc dicis, non esse equiparabilis
Vostras cum nostris factiones atque opes?

LESBONICVS.

Dico.

PHILTO.

Quid nunc? si in aedem ad coenam veneris, 435
 Atque ibi, opulentus tibi par forte ut venerit,
 Adposita coena sit, popularem quam vocant,
 Si illi congestae sint epulae a clientibus,
 Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet,
 Edisne, an incoenatus cum opulento adcubes? 440

LESBONICVS.

Edim, ni vetet.

STASIMVS.

At ego pol, etiamsi vetet,
 Edim atque ambabus malis expletus vorem;
 Et, quod illi placeat, praeripiam potissimum,
 Neque illi concedam quidquam de vita mea.
 Verecundari neminem apud mensam decet: 445
 Nam ibi de divinis atque humanis cernitur.

PHILTO.

Rem fabulare.

STASIMVS.

Non tibi dicam dolo:
 Decedam ego illi de via, de semita,
 De honore popli; verum quod ad ventrem attinet,
 Non hercle hoc longe, nisi me pugnīs vicerit. 450
 Coena hac annona est sine sacris hereditas.

PHILTO.

Semper tu hoc facito, Lesbouice, cogites,
 Id optumum esse, tute uti sis optumus;
 Si id nequeas, saltem ut optumis sis proxumus.
 Nunc conditionem hanc, quam ego fero et quam
 abs te peto, 455

Dare atque accipere, Lesbouice, te volo.
 Dei divites sunt: deos decent opulentiae
 Et factiones; verum nos homunculi
 Salillum animai, quam quom extemplo amisimus:
 Aequo mendicus atque ille opulentissimus 460
 Censetur censu ad Acheruntem mortuos.

STASIMVS.

Mirum ni, illuc ni tecum divitias feras,
 Vbi mortuos sis, ita sis, ut nomen cluet.

PHILTO.

Nunc ut scias, hic factiones atque opes
 Non esse neque nos tuam negligere gratiam: 465
 Sine dote posco tuam sororem filio.
 Quae res bene vortat! Habeon' pactam? Quid taces?

STASIMVS.

Proh di immortales, conditionem quouismodi!

PHILTO.

Quin fabulare „Di bene vortant! spondeo?“

STASIMVS.

Eheu, nil usust ubi erat dicto: „Spondeo“ 470
 Dicebat; nunc hic, quom opus est, non quit dicere.

LESBONICVS.

Quom adfinitate vostra me arbitramini
 Dignum: habeo vobis, Philto, magnam gratiam;
 Sed, etsi hercle graviter cecidit stultitia mea,
 Philto, est ager sub urbe hic nobis; eum dabo 475
 Dotem sorori: nam is de stultitia mea
 Solus superfit praeter vitam reliquos.

PHILTO.

Profecto dotem nil moror.

LESBONICVS.

Certum est dare.

STASIMVS.

Nostramne vis nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis? Cave, sis, feceris. 480
Quid edemus nosmet postea?

LESBONICVS.

Etiam tu taces?

Tibi ego rationem reddam?

STASIMVS.

Plane periimus,

Nisi quid ego conminiscor! Philto, te volo.

PHILTO.

Si quid vis, Stasime.

STASIMVS.

Huc concede aliquantum.

PHILTO.

Licet.

STASIMVS.

Arcano tibi ego hoc dico: ne ille ex te sciat 485
Neve alius quisquam.

PHILTO.

Crede audacter quidlubet.

STASIMVS.

Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum
Tuom siris unquam fieri neque gnati tui.
Ei re argumentum dicam.

PHILTO.

Audire edepol lubet.

STASIMVS.

Primum omnium olim terra quom proscinditur: 490
In quinto quoque sulco moriuntur boves.

PHILTO.

Apage!

STA-

STASIMVS.

Acheruntis ostium in nostro est agro.
Tum vinum, priusquam coctum est, pendet putidum.

LESBONICVS.

Consuadet homini, credo. Etsi scelestus est:
At mi infidelis non est.

STASIMVS.

Audi cetera. 495

Post id, frumenti quom alibi messis maxuma est:
Tribus tantis illi minus redit, quam obseveris.

PHILTO.

Hem, istic oportet obseri mores malos,
Si in obserendo possint interfieri.

STASIMVS.

Neque unquam quisquam est, quouis ille ager fuit, 500
Quin pessume ei res vorterit: quorum fuit,
Alii exulatum abierunt; alii ecmortui;
Alii se suspendere. Hem, nunc hic, quouis est,
Vt ad incitas redactus!

PHILTO.

Apage a me istum agrum!

STASIMVS.

Magis Apage dicas, si omnia a me audiveris: 505
Nam fulguritae sunt alternae arbores;
Acerrume moriuntur angina sues;
Oves scabrae sunt, tam glabrae, hem! quam haec
est manus;

Tum autem Syrorum, genus quod patientissimum est
Hominum, nemo extat, qui ibi sex menses vixerit: 510
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.

PHILTO.

Credo ego istuc, Stasime, ita esse; sed Campas genus
III. [27]

Multo Syrorum iam antidit patientia.
 Sed is est ager profecto, ut te audiui loqui,
 Malos in quem omnis publice mitti decet. 515
 Sicut Fortunatorum memorant insulas,
 Quo cuncti, qui aetatem egerunt caste suam,
 Conveniant: contra istuc detrudi maleficos
 Aequom videtur, qui quidem istius sit modi.

STASIMVS.

Hospitium est calamitatis. Quid verbis opust? 520
 Quamvis malam rem quaeras: illic reperias.
 At tu hercle et illi et alii cave, sis, dixeris,
 Me tibi dixisse hoc.

PHILTO.

Dixisti arcano satis.

STASIMVS.

Quin hic quidem eum cupit ab se abalienarier,
 Si quidem reperire possit, quoid os sublinat. 525

PHILTO.

Meus quidem nunquam fiet.

STASIMVS.

Si sapies quidem. —

Lepide hercle de agro ego hunc senem deterrui:
 Nam qui vivamus nihil est, si illum amiserit.

PHILTO.

Redeo ad te, Lesbonice.

LESBONICVS.

Dic sodes mihi,

Quid hic locutus tecum?

PHILTO.

Quid censes? Homo est: 530

Volt fieri liber; verum, quod det, non habet.

LESBONICVS.

Et ego esse locuples; verum nequidquam volo.

STASIMVS.

Licitum, si velles: nunc, quom nihil est, non licet.

LESBONICVS.

Quid tecum, Stasime?

STASIMVS.

De istoc, quod dixi modo,

Si ante voluisses: esses; nunc sero cupis. 535

PHILTO.

De dote mecum conveniri nil potest;
 Quod tibi lubet, tute agito cum nato meo;
 Nunc tuam sororem filio posco meo;
 Quae res bene vortat! — Quid nunc? etiam con-
 sulis?

LESBONICVS.

Quid istic? quando ita vis: di bene vortant! spon-
 deo. 540

PHILTO.

Nunquam edepol quoiquam tam expectatus filius
 Natus, quam est illud Spondeo natum mihi.

STASIMVS.

Di fortunabunt vostra consilia.

PHILTO.

Ita volo. —

I hac, Lesbouice, mecum: ut coram nuptiis
 Dies constituatur. Eadem haec confirmabimus. 545

LESBONICVS.

Sed, Stasime, abi huc ad meam sororem ad Calliclem:
 Dic, hoc negoti quomodo actum est

STASIMVS.

Ibitur.

LESBONICVS.

Et gratulator meae sorori.

STASIMVS.

Scilicet.

LESBONICVS.

Dic Callicli, mi ut convenat

STASIMVS.

Quin tu i modo!

LESBONICVS.

De dote ut videat, quid opus sit facto.

STASIMVS.

I modo! 550

LESBONICVS.

Nam certum est, me sine dote haud dare

STASIMVS.

Quin tu i modo!

LESBONICVS.

Neque enim illi damno unquam esse patiar

STASIMVS.

Abi modo!

LESBONICVS.

Meam neglegentiam, Stasime

STASIMVS.

I modo!

LESBONICVS.

Neque

Aequom videtur, quin, quod peccarim

STASIMVS.

I modo!

LESBONICVS.

Potissimum mihi id obsit.

STASIMVS.

I modo!

LESBONICVS.

O pater, 555

En unquam adspiciam te?

STASIMVS.

I modo! i modo! i modo!

LESBONICVS.

Tute istuc cura, quod ego iussi. Iam hic ero.

STASIMVS.

Tandem inpetravi, abiret. Di, vostram fidem,
 Edepol re gesta pessime gestam probe,
 Siquidem ager nobis salvos est! Etsi admodum 560
 In ambiguo est etiam nunc, quid de hac re fuat.
 Sed si alienatur: actum est de collo meo:
 Gestandus peregre clypeus, galea, sarcina!
 Ecfugiet ex urbe, ubi erunt factae nuptiae;
 Ibit istac aliquo in maxumam malam crucem 565
 Latrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam.
 Ibo huc, quo mi inperatum est, etsi odi hanc domum,
 Postquam exturbavit hic nos nostris aedibus.

CALLICLES. STASIMVS.

CALLICLES.

Quomodo tu istuc, Stasime, dixti?

STASIMVS.

Nostrum herilem filium t. t. c. III, 1.
 Leshonicum suam sororem despopondisse. Hoc
 modo. 570

CALLICLES.

Quoi homini despondit?

STASIMVS.

Lysiteli, Philtonis filio,

Sine dote.

CALLICLES.

Sine dote ille illam in tantas divitias dabit?

Non credibile dicis,

STASIMVS.

At tute edepol nullus creduas.

Si hoc non credis; ego credidero

CALLICLES.

Quid?

STASIMVS.

Me nihili pendere.

CALLICLES.

Quamdudum istuc aut ubi actum est?

STASIMVS.

Eloco hic ante ostium; 575

Tam modo, inquit Praenestinus.

CALLICLES.

Tanton' in re perdita,

Quam in re salva, Lesbonicus factus est frugalior?

STASIMVS.

Atque quidem ipse ultro venit Philto oratum filio.

CALLICLES.

Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur virgini.

Postremo edepol istam ego rem ad me attinere intellego. 580

Ibo ad meum castigatorem atque ab eo consilium petam.

STASIMVS.

Propemodum, quid illic festinet, sentio et subolet
mihi:

Vt agro evortat Lesbonicum, quando evortit aedibus.
O here Charmide, quam absenti hic tua res distra-
hitur tibi!

Vtinam te redisse salvom videam: ut inimicos tuos 585
Vlciscare! ut mihi, ut erga te fui et sum, referas
gratiam!

Nimum difficile est reperiri amicum ita, ut nomen
cluet,

Quoi tuam quom rem credideris, sine omni cura
dormias.

Sed generum nostrum ire eccillum video cum adfini
suo.

Nescio quid non satis inter eos convenit: celeri
gradu 590

Sunt uterque; illic reprehendit hunc priorem pallio.
Haud aneuscheme adstiterunt! Huc aliquantum ab-
scessero:

Est lubido orationem audire duorum adfinium.

LYSITELES. LESBONICVS. STASIMVS.

LYSITELES.

Sta eloco! noli advorsari, neque te occultassis mihi!
t. t. c. III, 2.

LESBONICVS.

Potin', ut me ire, quo profectus sum, sinas?

LYSITELES.

Si in rem tuae, 595

Lesbonice, esse videatur gloriae aut famae: sinam.

LESBONICVS.

Quod est facillum, facis.

LYSITELES.

Quid id est?

LESBONICVS.

Amico iniuriam. i. t.

LYSITELES.

Neque meum est, neque facere didici.

LESBONICVS.

Indoctus quam docte facis! t. t. e.

Quid faceres, si quis docuisset te, ut sic odio esses
mihi,

Qui bene simulas facere mihi te, male facis, male
consulis? Coa

LYSITELES.

Egone?

LESBONICVS.

Tu nae!

LYSITELES.

Qui male facio?

LESBONICVS.

Quod ego nolo, id quom facis.

LYSITELES.

Tuae re bene consulere cupio.

LESBONICVS.

Tun' mi es melior quam egomet mi? t. t.

Sat sapio; satis, in rem quae sint meam, ego con-
spicio mihi. t. t. c'

Lysiteles.

An id est sapere, ut qui beneficium, benevolentem,
repudies?

Lesbonicvs.

Nullum beneficium esse duco id, quod, quoi facias,
non placet. 605

Scio ego et sentio ipse, quid agam, nec modo se
officium migrat,

Nec tuis depellor dictis, quin rumori serviam.

Lysiteles.

Quid ais? nam retineri nequeo, quin dicam ea, quae
promeres.

Itane tandem tibi maiores famam tradiderunt tui,
Vt virtute eorum anteparta per flagitium perderes, 610
Atque honoris posteriorum tuorum ut vendax fieres?
Tibi paterque avosque facilem fecit et planam viam
Ad quaerendum honorem; tu fecisti, ut difficilis foret,
Culpa maxuma et desidia tuisque stultis moribus.

Praeoptavisti, amorem virtuti ut tuom praeponeres;
615

Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? Ah,
non ita est!

Cape, sis, virtutem animo et corde expelle desidiam
tuo.

In foro operam amicis da; haud in lecto amicae,
ut solitus es.

Atque agrum istum tibi relinqui ego ob eam rem
enixe expeto,

Vt tibi sit, qui te corrigere possis: ne omnino in-
opiam 620

Cives obiectare possint tibi, quos tu inimicos
habes.

LESBONICVS.

Omnia ego istaec, quae dixisti, scio. Vel exsignavero,
 Ut rem patriam et maiorum meum foedarim gloriam.
 Scibam, ut esse me deceret; facere non quibam miser:
 Ita, vi Veneris victus, captus otio, in fraudem in-

cidi; 625

Et tibi nunc, proinde ac merere, summas habeo
 gratias.

LYSITELES.

At operam perire meam sic et te haec corde
 spernere,

Perpeti nequeo; simul me piget, pudere te parum;
 Et postremo, nisi me auscultas atque hoc, ut dico,
 facis:

Tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor; 630
 In occulto iacebis, quom te maxime clarum voles.
 Pernovi equidem, Lesbouice, tuom admodum im-

peritum ingenium; t. t.

Scio, te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
 t. t. c.

Pectus obscurasse. Atque ipse amoris teneo omnis
 vias.

Ita amor est, balista ut iacitur: nil sic celere est
 neque volat; 635

Atque is mores hominum moros et morosos efcicit:
 Minus placet, mage quod suadetur; quod dissuade-
 tur, placet.

Quom inopia est: cupias; quando eius copia est:
 tum non velis;

Ille, qui aspellit, is compellit; ille, qui consuadet, vetat.
 Insanum est malum indu hospitium devorti ad Cu-
 pidinem. 640

Sed te moneo , hoc etiam atque etiam ut reputes,
quid facere expetas.

Si istuc , ut conari facis indicium: tuom incendes
genus.

Tum igitur tibi aquae erit cupido, genus qui restin-
guas tuom.

At qui erit? — Si nactus: proinde ut corde aman-
tes sunt cati,

Ne scintillam quidem relinques , genus qui congli-
scat tuom. 645

LESBONICVS.

Facile est inventu: datur ignis, tametsi ab inimicis
petas.

Sed tu, obiurgans me a peccatis, rapis deteriorem
in viam:

Meam sororem vis tibi dem sine dote. Hoc non
convenit,

Me, qui abusus tantam sum rem patriam, porro in
divitiis

Esse agrumque habere, egere illam autem: ut me-
rito me oderit. 650

Nunquam alienis gravis erit, qui suis se concinnat
levem.

Sicut dixi, faciam. Nolo, te iactari diutius.

LYSITELES.

Tanto meliust, te sororis causa egestatem exsequi
Atque eum agrum me habere, quam te, tua, qui to-
leres moenia?

LESBONICVS.

Nolo ego, mihi te tam prospicere, qui meam ege-
statem leves; 655

Sed, ut inops infamis ne sim: ne mi hanc famam
differant,

Me germanam meam sororem in concubinatum tibi
Sic sine dote dedidisse, mage quam in matrimonium.
Quis me improbior perhibeatur esse? Haec famigeratio
Te honestet, me autem conlutulet, si sine dote du-
xeris. 660

Tibi sit emolumentum honoris; mihi, quod obie-
ctent, siet.

LYSITELES.

Quid? te dictatorem censes fore, si abs te agrum
acceperim?

LESBONICVS.

Neque volo neque postulo neque censeo: verum
tamen

Is honos est homini pudico, meminisse officium suum.

LYSITELES.

Scio equidem te, animatus ut sis; video, subolet,
sentio: 665

Id agis, ut, ubi adfinitatem inter nos nostram ad-
strinxeris

Atque eum agrum dederis nec quidquam hic tibi
sit, qui vitam colas,

Ecfugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras,
Cognatos, adfinitatem, amicos, factis nuptiis.

Mea opera hinc proterritum te meaque avaritia au-
tument. 670

Id me commissurum, ut patiar fieri, ne animum in-
duxeris.

STASIMVS.

Non enim possum, quin exclamem: Euge! Euge,
Lysiteles, πάλιν!

Facile palmam habes; hic victus. Vicit tua comoedia.
Hic agit magis ex argumento et versus meliores fa-
cit. —

Etiam ob stultitiam tuam te tueris? Multam ab-
omina. 675

LESBONICVS.

Quid tibi interpellatio aut in concilium huc acces-
sio est?

STASIMVS.

Eodem pacto, quo huc accessi, abscessero.

LESBONICVS.

I hac mecum domum,
Lysiteles: ibi de istis rebus plura fabulabimur.

LYSITELES.

Nihil ego in occulto agere soleo. Meus ut animus,
eloquar:

Si mihi tua soror, ut ego aequom censeo, ita nu-
ptum datur 680

Sine dote, neque tu hinc abiturus: quod meum erit,
id erit tuom;

Sin aliter animatus es: bene, quod agas, eveniat tibi:
Ego amicus tibi nunquam ero alio pacto. Sic sen-
tentia est.

STASIMVS.

Abiit hercle ille. Ecquid audis, Lysiteles? Ego
te volo.

Hic quoque abiit. Stasime, restas solus. Quid ego
nunc agam, 685

Nisi uti sarcinam constringam et clypeum ad dor-
sum adcommodem,

Soccis fulmentas suppingi iubeam? Non sisti potest:
Video, caculam militarem me futurum haud longius,

Vt aliquem ad regem in saginam herus se coniexit
meus.

Credo ad summos bellatores acrem — fugitorem
fore, 690

Et capturum spolia ibi — illum, qui hero advorsus
venerit;

Egomet autem, quom extemplo arcum mi et pha-
retram sumsero,

Cassidem in caput, — dormibo placide in taberna-
culo.

Ad forum ibo: nudius sextus quoi talentum
mutuom

Dedi, reposcam: ut habeam, mecum quod feram,
viaticum. i. t. 695

MEGARONIDES. CALLICLES.

MEGARONIDES.

Vt mihi rem narras, Callicles, nullo modo i. s. III, 3.
Pote fieri prorsus, quin dos detur virgini.

CALLICLES.

Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
Vt eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi. 700

MEGARONIDES.

Paranda dos domi est, nisi expectare vis,
Vt eam sine dote frater nuptum conlocet,
Post adcas tute Philtonem et dotem dare
Te ei dicas: facere id eius ob amicitiam patris.
Verum hoc ego vereor, ne istaec pollicitatio 705

Te in crimen populo ponat atque infamiam.
 Non temere dicant te benignum virgini:
 Datam tibi dotem, ei quam dares, eius a patre;
 Ex ea te largitari neque ita, ut sit data,
 Columem te sistere illi et detraxe autument. 710
 Nunc si opperiri vis adventum Charmidis:
 Perlongum est huic ducenti: interea abscesserit.

CALLICLES.

Nam hercle omnia istaec veniunt in mentem mihi.

MEGARONIDES.

Vide, si hoc utibile magis atque in rem deputas,
 Vt adeas Lesbonicum edoctum, ut res se habet. 715

CALLICLES.

Vt ego nunc adulescenti thesaurum indicem
 Indomito, pleno amoris ac lasciviae?
 Minume, minume hercle vero! nam certo scio:
 Locum quoque illum omnem, ubi situst, comederit,
 Quem fodere metuo: sonitum ne ille exaudiat: 720
 Ne ipsam rem indaget, dotem dare si dixerim.

MEGARONIDES.

Quo pacto ergo igitur?

CALLICLES.

Clam dos depromi potest,
 Dum occasio ei re reperiatur; interim
 Ab amico amicos alicunde argentum rogem.

MEGARONIDES.

Potin' est ab amico alicunde exorari?

CALLICLES.

Potest. 725

MEGARONIDES.

Gerrae! nae tu illud verbum actutum inveneris:
 „Mihi quidem hercle non est, quod dem mutuom.“

CALLICLES.

Malum hercle — ut verum dicas, quam ut des mutuum.

MEGARONIDES.

Sed vide consilium, si placet.

CALLICLES.

Quid consili est?

MEGARONIDES.

Scitum, ut ego opinor, consilium inveni.

CALLICLES.

Quid est? 730

MEGARONIDES.

Homo conducatur aliquis iam quantum potest
Ignota facie, quae non visitata sit,
Quasi sit peregrinus.

CALLICLES.

Quid is scit facere postea?

MEGARONIDES.

Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,
Quasi ad adolescentem a patre ex Seleucia 735
Veniat; salutem ei nuntiet verbis patris:
Illum bene gerere rem et valere et vivere,
Et eum rediturum actutum. Ferat epistolas
Duas; eas nos consignemus, quasi sint a patre.

CALLICLES.

Falsidicum confidentem! — Quid tum postea? 740

MEGARONIDES.

Det alteram illice, alteram dicat tibi
Dare sese yelle

CALLICLES.

Perge porro dicere.

MEGA-

MEGARONIDES.

Seque aurum ferre virgini dotem a patre
 Dicat; patremque id iussisse aurum tibi dare.
 Tenes iam?

CALLICLES.

Propemodo, atque ausculto perlubens. 745

MEGARONIDES.

Tum tu igitur demum id adulescenti aurum dabis,
 Vbi erit locata virgo in matrimonium,

CALLICLES.

Scite hercle sane hoc!

MEGARONIDES.

Vbi thesaurum ecfoderis.

Suspicionem ab adulescente amoveris:
 Censebit, aurum esse a patre adlatum tibi; 750
 Tu de thesauro sumes.

CALLICLES.

Satis scite et probe;

Quamquam hoc me aetatis sycophantari pudet.
 Sed epistolas quando obsignatas adferet,
 Si quidem obsignatas attulerit epistolas:
 Nonne arbitraris, tum adulescentem anuli 755
 Paterni signum novisse?

MEGARONIDES.

Etiam tu taces?

Sexcentae ad eam rem causae possunt conligi:
 Quem habivit, perdidit; alium post fecit novom.
 Iam si obsignatas non feret: dici hoc potest,
 Apud portitorem eas resignatas sibi 760
 Inspectasque esse. In huiusmodi negotio
 Diem sermone terere, segnities mera est.
 Quamvis sermones possunt longi texier.

Abi ad thesaurum iam confestim clanculum;
 Servos, ancillas, amove; atque audin'?

CALLICLES.

Quid est? 765

MEGARONIDES.

Vxorem ipsam quoque hanc rem uti celes face:
 Nam pol tacere nunquam quidquam est quod queat.
 Quid nunc stas? quin te hinc amoves et demoves?
 Aperi; deprome inde, auri ad hanc rem quod sat est;
 Continuo operito denuo; sed clanculum, 770
 Sicut praecepi; cunctos exturba aedibus.

CALLICLES.

Ita faciam.

MEGARONIDES.

At enim nimis longo sermone utimur:
 Diem conficimus.

CALLICLES.

Quid iam?

MEGARONIDES.

Properato est opus.

Nihil est, de signo quod vereare. Me vide.
 Lepida illa est causa, ut commemoravi, dicere, 775
 Apud portitores esse inspectas. Denique
 Diei tempus non vides? quid illunc putas
 Natura illa atque ingenio? Iamdudum ebriust:
 Quidvis probari poterit. Tum, quod maxumum est,
 Adferre, non petere hic se dicet.

CALLICLES.

Iam sat est. 780

MEGARONIDES.

Ego scycophantam iam conduco de foro,
 Epistolasque etiam consignabo duas,

Eumque ad adulescentem meditatam probe
Huc mittam.

CALLICLES.

Eo ego igitur intro ad officium meum.
Tu istuc age actum reddas.

MEGARONIDES.

Nugax sum, nisi! 785

C H A R M I D E S.

Salsipotenti et multipotenti Iovis fratri aetherei,
Neptuno, t. t. IV, 1.
Laetus, lubens, laudes ago gratas gratisque habeo
et fluctibus salsis,
Quos penes omnis boni potestas mei quidem fuit
et meae vitae,
Quom suis me ex locis in patriam urbem incolu-
mem reducem faciunt.
Atque tibi ego, Neptune, ante alios deos gratis ago
et habeo summas: 790
Nam te omnes saevomque severumque avidis mo-
ribus commemorant,
Spurcificum, inmanem, intolerandum, vesanum; ego
contra opera expertus:
Nam pol placido te et clementi meo usque modo,
ut volui, usus in alto.
Atque hanc gloriam tuam ante auribus nobilem iam
acceperam ad homines:
Pauperibus te parcere solitum, divites damnare at-
que domare. 795

Abi, laudo: scis ordine, ut aequom est tractare ho-
mines. Hoc dis dignum est:

Semper mendicis modici sint. t. d.

Fidus fuisti; infidum esse iterant: nam absque foret
te, sat scio in alto t. t.

Distraxissent disque tulissent tui satellites miserum
foede

Me bonaque omnia item una mecum passim caeru-
leos per campos: 800

Ita iam quasi canes, haud secus, navem circumsta-
bant turbines t. t. c.

Ventid; imbres fluctusque atque procellae infensae
frangere malum, t. t.

Ruere antennas, scindere vela, ni tua propitia foret
praesto

Pax. — Apage a me, sis! dehinc certum est me
otio dare: satis partum habeo,

Quibus aerumnis deluctavi, filio dum divitias quaero.
805

Sed quis hic est, qui in plateam ingreditur cum
novo ornatu specieque?

Simitu pol, quamquam domum cupio, hic opperiar,
quam gerat rem.

SYCOPHANTA. CHARMIDES.

SYCOPHANTA.

Huic ego die nomen Trinumo faciam: nam ego
operam meam t. t. c. IV, 2.

Tribus numis hodie locavi ad artis nugatorias.

Advenio ex Seleucia Macedonia Asia atque Ara-
bia, 810

Quas ego neque oculis nec pedibus unquam usur-
pavi meis.

Viden', egestas quid negoti dat homini misero mali,
Qui ego nunc subigor, trium numorum causa ut has
epistolas

Dicam ab eo homine me accepisse, quem ego, qui
sit homo, nescio

Neque novi neque, natus necne is fuerit, id solide
scio? 815

CHARMIDES.

Pol hic quidem fungino genere est: capite se totum
tegit. i. t.

Illurica facies videtur hominis; eo ornatu advenit.
t. t. c.

SYCOPHANTA.

Ille, qui me conduxit, ubi conduxit, abduxit domum;
Quae voluit, mihi dixit, docuit et praemonstravit prius,
Quomodo quidque agerem. Nunc adeo si quid ego
addidero amplius: 820

Eo conductor melius de me nugas conciliaverit.

Vt illic me exornavit, ita sum ornatus. Argentum
hoc facit.

Ipsa ornamenta a chorago haec sumsit suo periculo;
Nunc ego si potero ornamentis hominem circum-
ducere,

Dabo operam: ut me esse ipsum plane sycophan-
tam sentiat. 825

CHARMIDES.

Quam mage specto, minus placet mi haec hominis
facies. Mira sunt,

CHARMIDES.

Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quaerit et
amicum meum,
Quoi ego liberosque bonaque commendavi, Cal-
liclem.

SYCOPHANTA.

Fac me, si scis, certiozem, hiee homines ubi habi-
tent, pater.

CHARMIDES.

Quid eos quaeris aut quis es aut unde es aut unde
advenis?

SYCOPHANTA.

Multa simul rogitas: nescio quid expediam potissu-
mum. 845

Si unumquidquid singillatim et placide percon-
tabere:

Et meum nomen et mea facta et itinera ego faxo
scias.

CHARMIDES.

Faciam ita, ut vis. Agedum, nomen primum tuom
memora mihi.

SYCOPHANTA.

Magnum facinus incipissis petere.

CHARMIDES.

Quid ita?

SYCOPHANTA.

Quia, pater,
Ante lucem si ire occipias a meo primo nomine, 850
Concubium sit noctis, priusquam ad postumum per-
veneris.

CHARMIDES.

Opus factum est viatico ad tuum nomen, ut tu praedicas.

SYCOPHANTA.

Est minusculum alterum, quasi vasculum vinarium.

CHARMIDES.

Hic homo solide sycophanta est. Quid ais tu, adolescens?

SYCOPHANTA.

Quid est?

CHARMIDES.

Eloquere, isti tibi quid homines debent, quos tu quaeritas? 855

SYCOPHANTA.

Pater istius adolescentis dedit has duas mi epistolas Lesbonici. Is mi est amicus.

CHARMIDES.

Teneo hunc manifestarium!

Me sibi epistolas dedisse dicit! Ludam hominem probe!

SYCOPHANTA.

Ita ut occipi, si animum advortas, dicam.

CHARMIDES.

Dabo operam tibi.

SYCOPHANTA.

Hanc me iussit Lesbonico, gnato suo, dare epistolam; 860

Et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare.

CHARMIDES.

Mihi quoque edepol, quom hic nugatur, contra nugari lubet. —

Vbi ipse erat?

SYCOPHANTA.

Bene rem gerebat.

CHARMIDES.

Ergo ubi?

SYCOPHANTA.

In Seleucia. i. t.

CHARMIDES.

Ab ipson' istas accepisti?

SYCOPHANTA.

E manibus dedit mi ipse in manus.

CHARMIDES.

Qua facie est homo?

SYCOPHANTA.

Sesquipede quidem est quam tu longior.

t. t. c. 365

CHARMIDES.

Haeret haec res, si quidem ego absens sum quam
praesens longior.

Novistin' hominem?

SYCOPHANTA.

Ridicule rogitas, quocum una cibum

Capere soleo.

CHARMIDES.

Quod ei est nomen?

SYCOPHANTA.

Quod edepol homini probo.

CHARMIDES.

Lubet audire!

SYCOPHANTA.

Illi edepol — illi — illi — illi — Vae
misero mihi!

CHARMIDES.

Quid est negoti?

SYCOPHANTA.

Devoravi nomen imprudens modo. i. t. 870

CHARMIDES.

Non placet, qui amicos intra dentis conclusos ha-
bet. t. t. c.

SYCOPHANTA.

Atque etiam modo vorsabatur mi in labris primo-
ribus.

CHARMIDES.

Temperi huic hodie anteveni.

SYCOPHANTA.

Teneor manifesto miser!

CHARMIDES.

Iamne commentatus nomen?

SYCOPHANTA.

Deum me hercle atque hominum pudet!

CHARMIDES.

Vide, homo, ut hominem noveris.

SYCOPHANTA.

Tamquam me. Fieri istuc solet: 875

Quod manu teneas atque oculis videas, id desideres.
Literis reconminiscar. C est principium nomini.

CHARMIDES.

Callias?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callippus?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callidemides?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callinicus?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callimarchus?

SYCOPHANTA.

Nihil agis;

Neque adeo edepol floccifacio, quando egomet me-
mini mihi. 880

CHARMIDES.

At enim multi Lesbionici sunt hic: nisi nomen patris
Dices, non monstrare istos possum homines, quos
tu quaeritas.

Quod ad exemplum est, coniectura si reperire pos-
sumus?

SYCOPHANTA.

Ad hoc exemplum est: Ch — .

CHARMIDES.

An Chares? an Charidemus? num Charmides?

SYCOPHANTA.

Hem, istuc erit! Qui istum di perdant!

CHARMIDES.

Dixi ego iamdudum tibi: i. t. 885

Bene te potius dicere aequom est homini amico,
quam male. t. t. c.

SYCOPHANTA.

Satin' intra labra atque dentis latuit vir minum preti?

CHARMIDES.

Ne male loquere absentis amico.

SYCOPHANTA.

Quid ergo ille ignavissimus
Mihi latitabat?

CHARMIDES.

Si adpellasses, respondisset, nomine.
Sed ipse ubi est?

SYCOPHANTA.

Pol illum reliqui ad Rhadamam in Cecropia
insula. i. t. 890

CHARMIDES.

Qui homo est me insipientior, qui, ipse egomet ubi
sim, quaeritem? t. t. c.
Sed nil disconducit huic re?

SYCOPHANTA.

Quid ais?

CHARMIDES.

Quin hoc te rogo:
Quos locos adisti?

SYCOPHANTA.

Nimum mirimodis mirabiles.

CHARMIDES.

Lubet audire, nisi molestum est.

SYCOPHANTA.

Quin discupio dicere.
Omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam
terram sumus. 895

CHARMIDES.

Eho, an etiam Arabia est in Ponto?

SYCOPHANTA.

Est. Non illa, ubi tus gignitur;
Sed ubi absinthium fit atque cunila gallinacea.

CHARMIDES.

Nimum graphicum hunc nugatorem! Sed ego sum
insipientior,

Qui egomet, unde redeam, hunc rogitem, quae ego
sciam atque hic nesciat;

Nisi quia lubet experiri, quo evasurust denique. 900
Quid tibi nomen est, adulescens?

SYCOPHANTA.

Pax, id est nomen mihi;

Hoc cotidianum est.

CHARMIDES.

Edepol nomen nugatorium!

Quasi dicas, si quid crediderim tibi: pax! periisse
eloco.

Sed quid ais? quo inde isti porro?

SYCOPHANTA.

Si animum advortas: eloquar.

Ad caput amnis, quod de coelo exoritur sub solio
Iovis. 905

CHARMIDES.

Sub solio Iovis?

SYCOPHANTA.

Ita dico.

CHARMIDES.

E coelo?

SYCOPHANTA.

Atque e medio quidem.

CHARMIDES.

Eho, an etiam in coelum escendisti?

SYCOPHANTA.

Imo horiola advecti sumus

Vsque aqua advorsa per amnem.

CHARMIDES.

Eho, an etiam vidisti Iovem?

SYCOPHANTA.

Callide. Isse ad villam aiebant servis depromptum
cibum.

Deinde porro

CHARMIDES.

Deinde porro nolo quidquam praedices. 910

SYCOPHANTA.

Ego vero hercle.

CHARMIDES.

Si es molestus? nam pudicum neminem
Se praebere oportet, qui abs terra ad coelum
pervenerit?

SYCOPHANTA.

Dimittam, ut te velle video. Sed monstra hosce
homines mihi,
Quos ego quaero, quibus me oportet has deferre
epistolas.

CHARMIDES.

Quid ais tu nunc? si forte ipsum Charmidem con-
spexeris 915
Illum, quem istas tibi dedisse commemoras epistolas,
Norisne hominem?

SYCOPHANTA.

Nae tu me edepol arbitrare beluam,
Qui quidem non novisse possim, quicum aetatem
exegerim.

An illic tam esset stultus, qui mihi mille numum
crederet

Philippeum, quod me aurum deferre iussit ad gna-
tum suum 920

Atque ad amicum Calliclem, quoi rem aibat mandasse hic suam?

Mihi concrederet, ni med illic et ego illunc nossem adprobe?

CHARMIDES.

Enimvero ego nunc sycophantae huic sycophantari volo :

Si hunc possum illo mille numum Philippeo circumducere,

Quod sibi me dedisse dixit. Quem ego, qui sit homo, nescio, 925

Neque oculis ante hunc diem unquam vidi, eie aurum crederem,

Quoi, si capitis res sit, numum nunquam credam plumbeum?

Aggrediundust hic homo mi astu. — Heus, Pax, te tribus verbis volo.

SYCOPHANTA.

Vel trecentis.

CHARMIDES.

Haben' tu aurum id, quod accepisti a Charmide?

SYCOPHANTA.

Atque etiam Philippeum, numeratum illius in mensa manu, 930

Mille numum.

CHARMIDES.

Nempe ab ipso id accepisti Charmide?

SYCOPHANTA.

Mirum, quin ab avo eius aut proavo acciperem, qui sunt mortui.

CHARMIDES.

Adulescens, cedodum istuc aurum mihi.

SYCOPHANTA.

Quod ego aurum dem tibi?

CHARMIDES.

Quod te a me accepisse fassus.

SYCOPHANTA.

Abs te accepisse?

CHARMIDES.

Ita loquor.

SYCOPHANTA.

Quis tu homo es?

CHARMIDES.

Qui mille numum tibi dedi, ego sum Char-
mides. 935

SYCOPHANTA.

Neque edepol tu is es neque hodie is unquam eris,
huic auro quidem.

Abi, sis, nugator: nugari nugatori postulas.

CHARMIDES.

Charmides ego sum.

SYCOPHANTA.

Nequidquam hercle es: nam nihil auri fero.
Nimis arguted obrepsisti in eapse occasiuncula:
Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus
Charmides; 940
Prius non tu eras, quam auri feci mentionem. Ni-
hil agis.

Proin' tu te itidem rursus, ut Charmidatus es, re-
charmida.

CHARMIDES.

Quis ego sum igitur, si quidem is non sum, qui sum?

SYCOPHANTA.

Quid id ad me attinet?

Dum

Dum ille ne sis, quem esse ego nolo, sis mea causa
quilibet.

Prius non is eras, qui eras; nunc is factus, qui tum
non eras. 945

CHARMIDES.

Age, si quid agis.

SYCOPHANTA.

Quid ego agam?

CHARMIDES.

Aurum redde.

SYCOPHANTA.

Dormitas, senex.

CHARMIDES.

Fassus, Charmidem dedisse aurum tibi?

SYCOPHANTA.

Scriptum quidem.

CHARMIDES.

Properas, an non, propere abire actutum ab his re-
gionibus,

Dormitator, priusquam ego hic te iubeo mulcari
male?

SYCOPHANTA.

Quamobrem?

CHARMIDES.

Quia illunc, quem ementitus es, ego sum ipse
Charmides, 950

Quem tibi epistolas dedisse aiebas.

SYCOPHANTA.

Eho, quaeso, an tu is es?

CHARMIDES.

Is enimvero sum.

III.

[29]

SYCOPHANTA.

Ain' tu tandem? is ipsisne es?

CHARMIDES.

Aio.

SYCOPHANTA.

Ipsus es?

CHARMIDES.

Ipsus, inquam, Charmides sum.

SYCOPHANTA.

Ergo ipsisne es?

CHARMIDES.

Ipsissimus.

Abin' hinc ab oculis?

SYCOPHANTA.

Enimvero serio quoniam advenis: —

Vapulabis arbitrato meo et novorum aedilium. 955

CHARMIDES.

At etiam maledicis?

SYCOPHANTA.

Imo, salvos quandoquidem advenis.

Di te perdant, si te floccifacio, an periisses prius!

Ego ob hanc operam argentum accepi; te macto
infortunio.

CHARMIDES.

Sed enim

SYCOPHANTA.

Enim qui sis, qui non sis, floccum non interduim.

Ibo ad illunc; renuntiabo, qui mihi tris numos dedit:

960

Vt sciat, se perdidisse. Ego abeo. Male vive et vale.

Quod di te omnes advenientem peregre perdant,

Charmides!

CHARMIDES.

Postquam ille hinc abiit: postloquendi libere i. s.
 Videtur tempus venisse atque occasio.
 Iamdudum meum ille pectus pungit aculeus, 965
 Quid illi negoti fuerit ante aedis meas:
 Nam epistola illa mihi concenturiat metum
 In corde et, illud mille numum quam rem agat.
 Nunquam edepol temere tinnit tintinnabulum;
 Nisi qui illud tractat aut movet: mutum est, ta-
 cet. 970
 Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram in-
 cipit?
 Lubet observare, quid agat. Huc concessero.

STASIMVS. CHARMIDES.

STASIMVS.

Stasime, fac te propere celerem! recipe te ad do-
 minum domum: t. t. c. IV, 3.
 Ne subito metus exoriatur scapulis stultitia tua!
 Adde gradum! adpropera! iamdudum factum est,
 quom abisti domo. 975
 Cave, sis, tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent,
 Si aberis ab heri quaestione! ne destiteris currere!
 Ecce hominem te, Stasime, nihili! satin' in thermo-
 polio
 Condalium es oblitus, postquam thermopotas gut-
 turem?
 Recipe te et recurre petere re recenti!

CHARMIDES.

Huic, quisquis est, 980
Curculio est exercitor; is hunc hominem cursuram
docet.

STASIMVS.

Quid, homo nihili? non pudet te? tribusne te po-
teriis
Memoriae esse oblitum? an vero, quia cum frigid
hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Theruchus fuit, Cerconicus, Crinus, Cercobolus,
Collabus, 985
Oculicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigiae.
Inter eosne homines condalium te redipisci po-
stulas,
Quorum unus subripuit currenti cursori solum?

CHARMIDES.

Ita me di ament, graphicum furem!

STASIMVS.

Quid ego, quod periit, petam,
Nisi etiam laborem ad damnum adponam epithe-
cam insuper? 990
Quin tu, quod periit, periisse ducis? Cape vorsoriam!
Recipe te ad herum!

CHARMIDES.

Non fugitivost hic homo: commemorat domi.

STASIMVS.

Vtinam veteres mores omnes, veteres parsimoniae,
Maiori hic honori potius essent, quam mores mali!

CHARMIDES.

Di immortales, basilica hic quidem facinora inceptat
 loqui! 995
 Vetera quaerit! Vetera amare hunc, more maiorum,
 scias.

STASIMVS.

Nam nunc more nihilum faciunt, quod licet, nisi
 quod lubet;
 Ambitio iam more sancta est, libera est a legibus;
 Scuta iacere fugereque hostis more habent licentiam;
 Petere honorem pro flagitio more fit.

CHARMIDES.

Morem improbum! 1000

STASIMVS.

Strenuos praeterbitare more fit.

CHARMIDES.

Nequam quidem!

STASIMVS.

More leges perduxerunt iam in potestatem suam,
 Mage qui sint obnoxiosae, quam — parentes liberis.
 Eae miserae etiam ad parietem sunt fixae clavis fer-
 reis,

Vbi malos mores adfigi nimio fuerat aequius. 1005

CHARMIDES.

Lubet adire atque adpellare hunc; verum ausculto
 perlubens

Et metuo, si conpellabo, ne aliam rem occipiat loqui.

STASIMVS.

Neque istis quidquam lege sanctum est. Leges mori
 seruiunt;

Mores autem rapere properant qua sacrum, qua
 publicum.

CHARMIDES.

Hercle istis malam rem magnam moribus dignum
est dari! 1010

STASIMVS.

Nonne hoc publice animum advorti? Nam id genus
hominum hominibus
Univorsis est advorsum atque omni populo male facit:
Male fidem servando illis quoque abrogant etiam
fidem,

Qui nil meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium
horum probant.

Si quis mutuom quid dederit: fit pro proprio per-
ditum. 1015

Quom repetas: inimicum amicum beneficio inve-
nias tuo.

Mage si exigere cupias; duarum rerum exoritur optio:
Vel illud, quod credideris, perdas; vel illum amicum
amiseris.

Hoc qui venerit mi in mentem, re ipsa conmonitus
modo

CHARMIDES.

Meus est hic quidem Stasimus servos.

STASIMVS.

Nam ego talentum mutuom 1020
Quod dederam, talento inimicum mi emi, amicum
vendidi.

Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
Potius, quam, id quod proximum est, meo tergo
tutelam geram.

Eo domum.

CHARMIDES.

Heus tu, adsta eloco! audi, heus tu!

STASIMVS.

Non sto.

CHARMIDES.

At ego te volo.

STASIMVS.

Quid, si egomet te velle nolo?

CHARMIDES.

Ah, nimium, Stasime, saeviter! 1025

STASIMVS.

Emere meliust, qui impères.

CHARMIDES.

Pol ego emi atque argentum dedi;
Sed si non dicto audiens est, quid ago?

STASIMVS.

Da magnum malum.

CHARMIDES.

Bene mones: ita facere certus.

STASIMVS.

Nisi quidem es obnoxius.

CHARMIDES.

Si bonus est: obnoxius sum; sin secus est: faciam,
ut iubes.

STASIMVS.

Quid id ad me attinet, bonisne servis tu utare an
malis? 1030

CHARMIDES.

Quia boni malique in ea re pars tibi est.

STASIMVS.

Partem alteram

Tibi permitto; illam alteram ad me, quod boni est,
adponito.

CHARMIDES.

Si meritus: fiet. Sed respice ad me huc: ego sum
Charmides.

STASIMVS.

Hem, quis est, qui mentionem facit, homo, homi-
nis optumi?

CHARMIDES.

Ipsè homo optumus.

STASIMVS.

Mare, terra, coelum, di, vostram fidem, 1035
Satin' ego oculis plane video? estne ipse, an non
est? Is est!

Certe is est! is est profecto! O mi here exoptatis-
sume,

Salve!

CHARMIDES.

Salve, Stasime.

STASIMVS.

Salvom te

CHARMIDES.

Scio et credo tibi.

Sed omitte alia; hoc mihi responde. Liberi quid
agunt mei,

Quos reliqui hic, filium atque filiam?

STASIMVS.

Vivont, valent. 1040

CHARMIDES.

Nempe uterque?

STASIMVS.

Vterque.

CHARMIDES.

Di me salvom et servatum volunt.

Cetera intus otiose percontabor, quae volo.
Eamus intro; sequere.

STASIMVS.

Quo tu te agis?

CHARMIDES.

Quonam, nisi domum?

STASIMVS.

Hiccine nos habitare censes?

CHARMIDES.

Vbinam ego alibi censeam?

STASIMVS.

Iam

CHARMIDES.

Quid iam?

STASIMVS.

Non sunt nostrae aedes istae.

CHARMIDES.

Quid ego ex te audio? 1045

STASIMVS.

Vendidit tuos natus aedis

CHARMIDES.

Perii!

STASIMVS.

Praesentariis

Argenti minis numeratis.

CHARMIDES.

Quot?

STASIMVS.

Quadraginta.

CHARMIDES.

Occidi!

Quis eas emit?

STASIMVS.

Callicles, quoi tuam rem commendaveras,
Is habitatum huc conmigrauit nosque exturbauit foras.

CHARMIDES.

Vbi nunc filius meus habitat?

STASIMVS.

Hic in hoc posticulo. 1050

CHARMIDES.

Male disperii!

STASIMVS.

Credidi, aegre tibi id, ubi audisses, fore.

CHARMIDES.

Ego miser minimis vehiculis sum per maria maxuma
Vectus capitali periclo, per praedones plurimos
Me seruari, salvos redii; nunc hic disperii miser
Propter eosdem, quorum causa fui hac aetate exer-
citus! 1055

Adimit animam mi aegritudo: Stasime, tene me!

STASIMVS.

Visne aquam

Tibi petam?

CHARMIDES.

Res quom animum agebat: tum esse obfusam
oportuit.

CALLICLES. CHARMIDES. STASIMVS.

CALLICLES.

Quid hoc hic clamoris audio ante aedis meas?

i. s. IV, 4.

CHARMIDES.

O Callicles, o Callicles, o Callicles,
Qualine amico mea commendavi bona! 1060

CALLICLES.

Probo et fideli et fido et cum magna fide.
Et salve et salvom te advenisse gaudeo!

CHARMIDES.

Credo omnia istaec, sid ita est, ut praedicas.
Sed qui iste est tuos ornatus?

CALLICLES.

Ego dicam tibi.

Thesaurum ecfodiebam intus dotem, filiae 1065
Tuae quae daretur. Sed narrabo intus tibi
Et hoc et alia: sequere.

CHARMIDES.

Stasime!

STASIMVS.

Hem!

CHARMIDES.

Strenue

Curre in Piræum, atque unum curriculum face.
Videbis iam illic navem, qua advecti sumus.
Iubeto Sangarionem, quae imperaveram, 1070
Curare ut eferantur; et tu ito simul.
Solutum est portitori iam portorium.

STASIMVS.

Nihil est morai.

CHARMIDES.

Tu ambula! actutum redi!

STASIMVS.

Illic sum atque hic sum.

CALLICLES.

Sequere tu hac me intro.

CHARMIDES.

Sequor. —

STASIMVS.

Hic meo hero amicus solus firmus restitit. 1075
 Neque demutavit animum de firma fide;
 Hic unus, ut ego suspicor, servat fidem,
 Quamquam labores multos cepse censeo.

L Y S I T E L E S.

Hic homo est hominum omnium praecipuos, vo-
 luptatibus gaudiisque antepotens: a. o. V, 1.
 Ita commodo, quae cupio, eveniunt; quod ago, ad-
 sequitur, subit, subsequitur: 1080
 Ita gaudiis gaudia suppeditant. a. d.
 Modo me Stasimus, Lesbionici servos, convenit:
 mihi dixit, t. t.
 Suom herum peregre huc advenisse. Nunc mi is
 propere conveniundust:
 Vt, quae cum eius filio egi, ei re pater sit fundus
 potior.
 Eo. Sed hae sonitu suo mihi moram obiciunt in-
 commode. t. t. c. 1085

CHARMIDES. CALLICLES. LYSITELES.

CHARMIDES.

Neque fuit neque erit neque quemquam esse homi-
 num in terra dum arbitror, t. t. c. V, 2.

Quoi fides fidelitasque amicum erga aequiparet suom :
Nam exaedificavisset me ex his aedibus absque te foret.

CALLICLES.

Si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter:
Non videor meruisse laudem , culpa caruisse arbi-
tror. 1090

Nam beneficium proprium homini, quoi datur, prae-
sumseris;

Quod datum utendum , id repetundi copia est,
quando velis.

CHARMIDES.

Est ita, ut tu dicis. Sed ego hoc nequeo mirari satis,
Eum sororem despondisse suam in tam fortem fa-
miliam,

Lysiteli quidem, Philtonis filio.

LYSITELES.

Enim me nominat. 1095

CHARMIDES.

Familiam optumam occupavit.

LYSITELES.

Quid ego cesso hos conloqui?
Sed maneam etiam, opinor: namque hoc commo-
dum orditur loqui.

CHARMIDES.

Vah!

CALLICLES.

Quid est?

CHARMIDES.

Oblitus intus dudum tibi sum dicere:
Modo mi adveniēti nugator quidam ocessit obviam,
Nimis pergraphicus sycophanta; is mille numum se
aureum 1100

Meo datu tibi ferre et gnato Lesbónico aibat meo;
 Quem ego nec, qui esset, noram, neque eam ante
 usquam conspexi prius.

Sed quid rides?

CALLICLES.

Meo adlegatu venit, quasi qui aurum mihi
 Ferret abs te, quod darem tuae gnatae dotem: ut
 filius

Tuos, quando illi a me darem, esse adlatum id abs
 te crederet 1105

Neu qui rem ipsam posset intellegere, thesaurum
 tuom

Me penes esse, atque a me lege populi patrium
 posceret.

CHARMIDES.

Scite edepol!

CALLICLES.

Megaronides communis hoc meus et tuos
 Benevolens commentust.

CHARMIDES.

Quin conlaudo consilium et probo.

LYSITELES.

Quid ego ineptus, dum sermonem vereor interrumpere,
 1110

Solus sto nec, quod conatus sum agere, ago? Ho-
 mines conloquar.

CHARMIDES.

Quis hic est, qui huc ad nos incedit?

LYSITELES.

Charmiden socerum suom

Lysiteles salutat.

CHARMIDES.

Di dent tibi, Lysiteles, quae velis.

CALLICLES.

Non ego sum salute dignus?

LYSITELES.

Imo salve, Callicles.

Hunc priorem aequom est me habere. Tunica pro-
pior pallio est. 1115

CHARMIDES.

Deos volo consilia vostra recta recte vortere.

Filiam meam tibi desponsatam audio.

LYSITELES.

Nisi tu nevis.

CHARMIDES.

Imo haud nolo.

LYSITELES.

Sponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?

CHARMIDES.

Spondeo et mille auri Philippum dotis.

LYSITELES.

Dotem nil moror.

CHARMIDES.

Si illa tibi placet: placenda dos quoque est, quam
dat tibi. 1120Postremo hoc, quod vis, non duces, nisi illuc, quod
non vis, feres.

CALLICLES.

Ius hic orat.

LYSITELES.

Inpetrabit te advocato atque arbitro.

Istac lege filiam tuam sponden' mi uxorem dari?

CHARMIDES.

Spondeo.

CALLICLES.

Et ego spondeo item hoc.

LYSITELES.

Oh, salvete, adfines mei!

CHARMIDES.

Atque edepol sunt res, quas propter tibi tamen sus-
censui. 1125

CALLICLES.

Quid ego feci?

CHARMIDES.

Meum corrumpi quia perpressus filium.

CALLICLES.

Si id mea voluntate factum est: est, quod mihi sus-
censeas.

Sed sine, me hoc abs te inpetrare, quod volo.

CHARMIDES.

Quid id est?

CALLICLES.

Scies:

Si quid stulte fecit, ut ea missa facias omnia.

Quid caput quassas?

CHARMIDES.

Cruciaturo cor mi et metuo.

CALLICLES.

Quidnam id est? 1130

CHARMIDES.

Quom ille ita est, ut esse nolo, id crucior; metuo,
si tibi

Denegem, quod me oras, ne te erga me levio-
rem putes.

Mise-

Miserum est, male promerita (ut merita) seni si
ulcisci non licet. —

Non gravabor: faciam ita, ut vis.

CALLICLES.

Probus es. Eo, ut illum evocem. —

Aperite hoc, aperite propere et Lesbonicum, si do-
mi est, 1135

Foras vocate: ita subitum est, propere quod eum
conventum volo.

LESBONICVS. CHARMIDES.

CALLICLES.

. LESBONICVS.

Quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit foras?

t. t. c. V, 3.

CALLICLES.

Benevolens tuos atque amicus.

LESBONICVS.

Satine salve? dic mihi.

CALLICLES.

Recte. Tuom patrem rediisse salvom peregre, gaudeo.

LESBONICVS.

Quis id ait?

CALLICLES.

Ego.

LESBONICVS.

Tun' vidisti?

CALLICLES.

Et tute item videas liceat. 1136

LESBONICVS.

O pater, pater mi, salve!

CHARMIDES.

Salve multum, gnate mi.

LESBONICVS.

Si quid tibi, pater, laboris

CHARMIDES.

Nihil evenit, ne time;

Bene re gesta salvos redeo. Si tu modo frugi esse vis:

Callicli tibi pacta haec est filia

LESBONICVS.

Ego ducam, pater,

Et eam, et si quam aliam iubebis.

CHARMIDES.

Quamquam tibi suscensui. 1145

CALLICLES.

Miseria una uni quidem homini est adfatim.

CHARMIDES.

Imo huic parum est:

Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.

LESBONICVS.

At iam posthac temperabo.

CHARMIDES.

Dicis; si facias modo.

LESBONICVS.


Numquid causa est, quin uxorem cras domum ducam?

CALLICLES.

Optuma est.

Tu in perendinum paratus sis, ut ducas. Plaudite. 1150

TRVCVLENTVS.



A R G V M E N T V M.

Tres unam pereunt adolescentes mulierem,
Rure unus, alter urbe, peregre tertius;
Utque ista ingenti militem tangat bolo,
Clam suppositiv sibi clandestino editum.
Vi magna servos est ac trucibus moribus,
Lupae ne rapiant domini parsimoniam;
Et is tamen mollitur. Miles advenit,
Natique causa dat propensa munera.
Tandem compressae pater cognoseit omnia;
Utque illam ducat, qui vitiatat, convenit;
Suumque is repetit a meretrice subditum.

DRAMATIS PERSONAE.

DINARCHVS.
PHRONESIVM.
GETA,
CALLICLES.
ASTAPHIVM.
STRATILAX.
STRATOPHANES.
STRABAX.
ANCILLA.
TONSTRIX.

P R O L O G V S.

Perparvam partem postulat Plautus loci
De vostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine arcis pletis conferat.
Quid nunc? daturin' estis, an non? — Adnuont.
Meditor quidem vobis me ablaturum sine mora. 5
Quid, si de vostro quidpiam orem? — Abnuont.
Enim hercle in vobis resident notes pristini,
Ad denegandum ut celeri lingua utamini.
Sed hoc agamus, qua huc est ventum gratia.
Athenas tractitatum hoc it proscenium 10
Tantisper, dum transigimus hanc Comoediam.
Hic habitat mulier, nomine quae est Phronesium;
Haec huius secli mores in se possidet:
Nunquam ab amatore postulat suo id, quod datum est;
Sed reliquiom dat operam ne sit reliquiom 15
Pocendo atque auferendo, ut mos est mulierum:
Nam omnes id faciunt, quom se amari intellegunt.
Ea se peperisse puerum simulat militi:
Quo citius rem ab eo aufert cum pulvisculo.
Quid multa? Vitad huic si superet mulieri, 20
Hisce anima etiam ad suam habentiam exterebrabitur.

* * * * *

D I N A R C H V S.

Non omnis aetas ad perdiscendum sat est i. s. I, 1.
 Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis;
 Neque eam rationem eapse unquam edocet Venus,
 Quam penes amantum summa summarum redit,
 Quot amans exemplis ludificetur, quot modis 5
 Pereat, quotque exoretur exorabilis.
 Quot illic blanditiae, quot illic iracundiae!
 Quid summe proclamandum, di vostram fidem! hui,
 Quid periurandum est etiam, praeter munera!
 Primodum merces annua; is primus bolust, 10
 Ob eam tres noctes dantur. Interea loci
 Ad aera aut vinum aut olivom aut triticum
 Tentat, benignusne an bonae frugi sies.
 Quasi in piscinam rete qui iaculum parat,
 (Quando abiit rete pessum: tum adducit sinum; 15
 Si inlexit rete piscis: ne ecfugiant, cavet,
 Tumque huc tumque illuc inretitos inpedit
 Piscis usque adeo, donicum eduxit foras:)
 Itidem est amator. Si id, quod oratur, dedit
 Atque est benignus potius quam frugi bonae: 20
 Adduntur noctes. Interim ille hamum vorat.
 Si semel amoris poculum accepit meri,
 Eaque intra pectus se penetravit potio:
 Extemplo et ipse perit et res et fides.
 Si iratum est scortum forte amatori suo: 25
 Bis perit amator, ab red atque animo simul;
 Sin potius alterum altero est, itidem perit:
 Si raras noctis ducit, ab animo perit;
 Sin increbravit, ipse gaudet, res perit.
 Ita est aetatem in aedibus lenoniis: 30

Priusquam unum dederis , centum , quae poscant,
parant:

Aut aurum periit, aut conscissa pallula est,
Aut emta ancilla; aut aliquod vasum argenteum,
Aut vasum ahenum aliquod, aut lectus dapsilis,
Aut armariola Graeca, aut aliquid semper est, 35

Quod patret debeatque amans scorto suo.
Atque haec celamus damna nos industria,
Quom rem fidemque nosque nosmet perdimus,
Ne quid parentes neu cognati sentiant;
Quos, quom celamus, si faximus conscios, 40
Qui nostrae aetati tempestivo temperent,
Vnde anteparta demus postpartoribus:
Faxim lenonum et scortorum pausa sit,
Et minus damnosorum hominum, quam nunc sunt,
siet:

Nam nunc lenonum et scortorum plus fere 45
Quam olim muscarum est, quom caletur maxume:
Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias
Scorta et lenones quasi sedent quotidie.

Ea nimia est ratio: quippe qui certo scio,
Aeri plus scortorum esse iam quam ponderum. 50
Quos quidem quam ad rem dicam in argentariis
Referre habere, nisi pro tabulis, nescio,
Vbi aera perscribantur usuraria
(Accepta dico: expensa ne qui censeat).

Postremo in magno populo, multis hominibus, 55
Re placida atque otiosa, victis hostibus,
Amare oportet omnis, qui, quod dent, habent.
Nam mi istaec meretrix, quae hic habet, Phronesium
Suom nomen omne ex pectore emovit meo.
[Phronesium, nam Phronesis est sapientia.]

Nam me fuisse huic fateor summum atque intumum; 60
 Quod amantis multo pessimum est pecuniae.
 Eadem, postquam alium reperit, qui plus daret,
 Damniosiorem, me exinde amovit loco,
 Quem infestum atque odium sibi esse memorabat
 mala,
 Babylonensem militem. Is nunc dicitur 65
 Venturus peregre. Eo nunc conmentata est dolum:
 Peperisse simulat sese. Vt me extrudat foras,
 Atque ut cum solo pergraecetur milite:
 Eo esse simulat militem puero patrem;
 Eo isti opus suppositum puerum pessumae. 70
 Mihi verba retur dare sese! An me censuit
 Celare se potesse, gravida si foret?
 Nam ego Lemno advenio Athenas nudius tertius,
 Legatus quo hinc cum publico imperio fui.
 Sed haec quis mulier? Astaphium est ancillula. 75
 Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

A S T A P H I V M. D I N A R C H V S.

A S T A P H I V M.

Ad foris auscultato atque adserva has aedis: t. tr. I, 2.
 Ne qui adventor gravior abeat, atque adveniat,
 Neu manus qui attulerit sterilis ad nos intro,
 Gravidas foras exportet. Novi ego hominum mo-
 res: 80

Ita nunc adulescentes sunt morati. Quippe
 Vt semel adveniunt ad scorta congerrones:

Consulta sunt consilia. Quando intro advenerunt:

i. tr. li.

Vnus eorum aliquis osculum amicae usque oggerit. i. s.

Dum ille agitat: fiunt ceteri cleptae. i. tr. br. 85

Sin vident quempiam se adservare: obludunt,
co. ex c. d. et t. d. br.

Qui custodes oblectent per ioculum et ludum.

Saepe de nostro edunt, quod fartores faciunt.

Fit pol hoc, et pars spectatorum scitis pol, haec
nos haud mentiri. t. t.

Ibi est ibus pugnae et virtuti, de praedonibus prae-
dam capere. At b. s. 90

Nos rursum lepide gratiam referimus furibus no-
stris: i. t. c.

Nam ipsi vident, quom eorum adgerimus bona; quin
etiam ultro ipsi adgerunt. i. t.

DINARCHVS.

Me his haec quidem verbis verberat: nam ego huc
dona adcongressi. i. t. c.

ASTAPHIVM.

Conmemini, iam pol eumpse ego, si domi erit,
mecum adducam.

DINARCHVS.

Heus, manedum, Astaphium, priusquam abis!

ASTAPHIVM.

Qui revocat?

DINARCHVS.

Scies: respicito huc. 95

ASTAPHIVM.

Quis est?

DINARCHVS.

Qui bona multa esse volt vobis.

ASTAPHIVM.

Dato, sis esse.

DINARCHVS.

Faxo erunt. *Respicito huc modo.

ASTAPHIVM.

Io, tu enicas me miseram, quisquis! t. t.

DINARCHVS.

Pessuma, mane!

t.

ASTAPHIVM.

I, optume: odiosus es. — Dinarchusne illic est? c. t.

Atque is est.

c. 100

DINARCHVS.

Is. Adeas: λυσιτελεῖ. Manum fer contra et pariter
gradere. i. t. c.

ASTAPHIVM.

Tibi servio atque sum audiens imperiis.

DINARCHVS.

Tute quid agis?

ASTAPHIVM.

Valeo et validum teneo. Peregre quoniam advenis:
coenetur. as. ex t. d. et i. d. c.

DINARCHVS.

Benigne dicis. Adsta!

ASTAPHIVM.

Enim, amabo, sine me, quo ire iussit. i. t. c.

DINARCHVS.

Eas. Sed quid ais?

ASTAPHIVM.

Quid vis?

DINARCHVS.

Istic, quo inceptas b. t. 105

Iter, qui est? quem arcessis?

ASTAPHIVM.

Achiyam obstetricem.

DINARCHVS.

Mala femina es.

ASTAPHIVM.

Solens sum ex disciplina. i. tr. c.

DINARCHVS.

Manifestam mendaci, mala, te teneo.

ASTAPHIVM.

Quid iam, amabo? i. t. c.

DINARCHVS.

Quia te adducturam huc dixeras eumpse, non eampse;
Nunc mulier facta est ex viro. Mala es praestigia-
trix. — 110

Sed tandem loquere, quis is homo est, Astaphium!
novos amator?

ASTAPHIVM.

Nimis otiosum te arbitror hominem.

DINARCHVS.

Quinam arbitrare?

ASTAPHIVM.

Quia tuo vestimento et cibod alienis rebus curas.

DINARCHVS.

Vos me otiosum redditis.

ASTAPHIVM.

Quid iam, amabo?

DINARCHVS.

Expedibo.

Rem perdidisti: cum re meum negotium abstulisti. 115

Si rem servassem: fuit, ubi negotiosus essem.

ASTAPHIVM.

An tute bene rem publicam aut amoris alia lege
Habere posse postulas, quin tu otiosus fias?

DINARCHVS.

Illam, haud ego, habuit publicum: pervorse interpre-
taris.

Nam advorsus legem a me ob meam scripturam pe-
cudem cepit 120

Aeraque.

ASTAPHIVM.

At idem, quod tu facis, faciunt rem male gerentes:
Vbi non est, scripturam unde dent, incusant publi-
canos.

DINARCHVS.

Male vortit res pecuaria mihi apud vos; nunc vi-
cissim

Volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.

ASTAPHIVM.

Non arvos hic sed pascuost ager; si arationes 125
Habituris: quae arari solent, ad pueras ire melius.
Hunc nos habemus publicum; illi alii sunt publicani.

DINARCHVS.

Vtrasque utrobidem percognovi.

ASTAPHIVM.

Istoc pol tu otiosus,
Quom et illi et hic pervorsus es. Sed utriscum rem
esse mavis?

DINARCHVS.

Procaciores estis vos; sed illae periuriosae. 130
Illis perit quidquid datur, neque ipsis paret quid-
quam;

Vos saltem, si quid quaeritis, et bibitis et comestis.

Postremo illae sunt improbae; vos nequam et gloriosae

Malaeque in nos.

ASTAPHIVM.

Illaec omnia dicis tibi, Dinarche,
Et nostram et illarum vicem.

DINARCHVS.

Qui istuc?

ASTAPHIVM.

Rationem dicam: 135

Quia, qui alterum incusat probri, eumpse se intueri oportet.

Tu a nobis sapiens nihil habes; nos nequam abs te habemus.

DINARCHVS.

O Astaphium, haud istoc modo solita es me ante adpellare,
Sed blande, quom illuc, quod apud vos nunc est, apud me haberem.

ASTAPHIVM.

Dum vivit: hominem noveris; si ecmortuost: quiescas.
Te, dum vivebas, noveram.

DINARCHVS.

An me mortuom arbitrare?

ASTAPHIVM.

Qui potis, amabo, planius? qui antehac amator summus

Habitust, illum ad amicam meras querimonias referre!

DINARCHVS.

Vostra hercle factum iniuria, quae properavistis olim Rapere. Otiose oportuit: diu ut essem incolumis vobis. 145

ASTAPHIVM.

Amator similis oppidi est hostilis.

DINARCHVS.

Quo argumento est?

ASTAPHIVM.

Quamprimum expugnari potest amator, optimum
amicae est.

DINARCHVS.

Ego fateor; sed longe alter est amicus atque amator.
Certe hercle quam veterum homini optimum
amicus.

Non occiderunt hercule mihi etiam fundi et aedes. 150

ASTAPHIVM.

Cur, obsecro, ergo ante ostium pro ignoto alieno-
que adstas?

I intro: haud alienus tu quidem es: nam ecaster
neminem hodie

Mage amat corde atque animo suo, — si quidem
habes fundum atque aedis.

DINARCHVS.

In melle sunt linguae sitae vestrae atque orationes
Lactique; corda in felle sunt sita atque acerbo aceto.

155

E linguis dicta dulcia datis, corde amarefacitis
Amantis, si qui non danunt.

ASTAPHIVM.

Non didici fabulare.

DINARCHVS.

Non istaec mea benignitas docuit te fabulare,
Sed isti, qui cum genis suis belligerant, parcipromi.
Mala es atque eadem, quae soles, inlecebra.

ASTA-

ASTAPHIVM.

Vt expectatus 160

Peregre advenisti!

DINARCHVS.

Ain', obsecro?

ASTAPHIVM.

Cupiebat te hera videre.

DINARCHVS.

Qui tandem?

ASTAPHIVM.

Te unum ex omnibus amat.

DINARCHVS.

Euge, fundi et aedes,

Per tempus subvenistis! — Sed quid ais, Astaphium?

ASTAPHIVM.

Quid vis?

DINARCHVS.

Estne intus nunc Phronesium?

ASTAPHIVM.

Tibi quidem.

DINARCHVS.

Valetne?

ASTAPHIVM.

Imo edepol melius iam fore credo, te ubi videbit. 165

DINARCHVS.

Hoc nobis vitium maximum est, quom amamus,
tum perimus:Si illuc, quod volumus, dicitur, palam quom men-
tiuntur,

Verum esse insciti credimus, ne ut aestuitemus ira.

ASTAPHIVM.

Heia, haud ita est res!

III.

[31]

DINARCHVS.

Aiin' tu me amare?

ASTAPHIVM.

Imo unice unum.

DINARCHVS.

Peperisse eam audiui.

ASTAPHIVM.

Obsecro, tace, Dinarche.

DINARCHVS.

Quid iam? 170

ASTAPHIVM.

Horresco misera, mentio quoties fit partionis:

Ita pene tibi Phronesium fuit. I intro iam, te
amabo;

Vise illam atque opperire ibi. Iam exhibit: nam la-
vabat.

DINARCHVS.

Quid ais tu? quae nunquam fuit praegnas, qui pa-
rere potuit?

Nam equidem uterum illi, quod sciam, nunquam
extumere sensi. 175

ASTAPHIVM.

Celabat metuebatque tete, ne aut sibi persuaderes,
Vt abortioni operam daret, puerumve ut enecaret.

DINARCHVS.

Tum pol isti puero qui est pater?

ASTAPHIVM.

Babyloniensis miles,

Quoius nunc ista adventum expetit. Imo adeo, ut
nuntiatum est,

Iam hic adfuturum aiunt eum. Nondum advenisse
miror. 180

DINARCHVS.

Ibo igitur intro?

ASTAPHIVM.

Quippini? Tam audacter, quam domum ad te:
Nam tu edepol nunc noster es etiam, Dinarche.

DINARCHVS.

Quam mox

Te recipis tu?

ASTAPHIVM.

Iam hic ero: prope est, profecta quo sum.

DINARCHVS.

Redi vero actutum: ego interim te apud vos operabor.

ASTAPHIVM.

Ha, ha, ha!

Eccere, quievi, quia introivit odium; tandem sola
sum: i. t. 185

Nunc meo arbitrato libere quidem, quae volam et
quae lubet, loquar.

Huic homini amanti mea hera apud nos de bonis
dixit neniam:

Nam fundi et aedes obligatae sunt ob amoris prandium;
Verum apud istunc mea hera consilia summa elo-
quitur libere,

Magisque adeo ei consiliarius hic amicust quam
auxiliarius. 190

Dum fuit: dedit; nunc nihil habet; quod habebat,
nos habemus; i. t. c.

Iste id habet, quod nos habuimus. Humanum fa-
cinus factum est.

Actutum fortunae solent mutari. Varia vita est.

Nos divitem illunc meminimus atque iste pauperes nos;

Vorterunt sese memoriae. Stultus sit, qui id miretur.
Si eget: necesse est, nos pati. Amavit! Aequom
factum est.

Piaculum est, misereri nos hominum rem male ge-
rentum.

Dentibus bonis oportet esse probam lenam: arridere, t. t.
Quisquis veniat, blandeque adloqui; male corde con-
sultare,

Bene loqui lingua. Meretricem similem sentis con-
decet esse: 200

Quemquem hominem attigerit, profectod aut malum
aut damnum dare. t. t. c.

Nunquam amatoris meretricem oportet causam no-
scere,

Quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat mi-
litia domum;

Nec quisquam unquam probus amator, nisi qui re
inimicust suae.

Nugae sunt, nisi, modo quom dederit, dare iam lu-
beat denuo. 205

Is amatur hic apud nos, qui, quod dedit, oblitus sit
datum;

Dum habeat, tum amet: ubi nil habeat, alium quae-
stum coepiat;

Aequo animo, ipse si nil habeat, aliis, qui habent,
det locum.

Probus est amator, qui relictis rebus rem perdit
suam. i. t.

At nos male agere praedicant viri solere secum,
i. t. c. 210

Nosque esse avaras quaesti. Enim qui male nos
agimus tandem?

Nam ecastor nunquam satis dedit suae quisquam
amicae amator;

Neque pol accepimus satis, neque ulla satis poposcit.

Nam quando sterilis est amator a datis, i. s.

Si negat habere, quod det: soli esse huic licet;

215

Nec satis accipimus, satis quom, quod det, non habet.

Semper datores novos oportet quaerere,

Qui de thesauris integris domuis danunt;

Velut hic agrestis est adulescens, qui hic habet,

Nimis pol mortalis lepidus nimisque probus dator. 220

Satin' clam patred hanc etiam noctem eloco

Per hortum transilivit ad nos? Eum volo.

Sed est huic unus servos violentissimus,

Qui, ubi quamque nostrarum videt prope aedis, ac

si adgredias: i. t. c.

Item ut de frumento anseres, clamore absterret, ab-

igit: 225

Ita est agrestis. Sed fores, quidquid futurum est,

feriam.

Ecquis huic tutelam ianuae gerit? ecquis intus exit?

STRATILAX. ASTAPHIVM.

STRATILAX.

Quis illic est, qui tam proterve nostras aedis arie-

tat? t. t. c. I, 3.

ASTAPHIVM.

Ego sum. Respice ad me.

STRATILAX.

Quid ego . . . ? Nonne ego video . . . ? Vae tibi!
 Quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pul-
 tatio? 230

ASTAPHIVM.

Salve.

STRATILAX.

Satis mi est tuae salutis; nil moror; non salveo:
 Aegrotare malim quam esse tua salute sanior.
 Id volo scire, quid debetur hic tibi nostrae domi.

ASTAPHIVM.

Conprime

STRATILAX.

Spero meam quidem hercle; te, qui solitus, conprimat.
 [Inprudens per ridiculum, ut rustico, suadet stu-
 prum.]

ASTAPHIVM.

Iram dixi.

STRATILAX.

Vtessis cassidem, sid is huc alteras. 235

ASTAPHIVM.

Nimis quidem hic truculentus.

STRATILAX.

Pergin' male loqui, mulier, mihi?

ASTAPHIVM.

Quid tibi ego autem dico?

STRATILAX.

Quia enim me truculentum nominas.
 Nunc adeo, nisi abis actutum aut dicis, quid quae-
 ras, cito:

Iam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pe-
 dibus proteram!

ASTAPHIVM.

Rus merum hoc quidem est pudendum.

STRATILAX.

Ain' vero, clurinum pecus? 240

Rus tu mi opprobras, ut nacta es hominem, quem
pudeat probri?

Adveni istuc, sis, tentatum cum exornatis ossibus!

Quia tibi suaso infecisti, propudiosa, pallulam,

An eo bella es, quam accepisti? Ar med advenias!

ASTAPHIVM.

Nunc places.

STRATILAX.

Quam me tibi velim.

ASTAPHIVM.

Mentire. Dices, quidquid te rogo? 245

STRATILAX.

Quos mancupio accipias, gesta tecum ahenos anulos!

ASTAPHIVM.

Dignis dant.

STRATILAX.

Laverna illaec scit, quas habes victorias.

ASTAPHIVM.

Ne attigas me.

STRATILAX.

Tangam te? Ita med amabit sarculum,

Vt ego ruri me hamaxari mavelim patulum bovem

Cumque eri noctem in stramentis pernoctare per-
petem, 250

Quam tuas centum coenatas noctis mihi dono dari!

Sed quid apud nostras negoti, mulier, est aedis tibi?

Quid tu huc occursas, in urbem quotienscunque ad-
venimus?

ASTAPHIVM.

Mulieres volo convenire vostras.

STRATILAX.

Mihi narras, ubi musca nulla femina est in aedibus? 255
 Quas tu mulieres

ASTAPHIVM.

Nullane istic mulier habitat?

STRATILAX.

Rus, inquam, abierunt. Abi!

ASTAPHIVM.

Quid clamas, insane?

STRATILAX.

Abire hinc ni properas grandi gradu:
 Iam ego istos fictos, conpositos, crispas, cincinnos
 tuos

Vnguentatos usque ex cerebro expellam!

ASTAPHIVM.

Quanam gratia?

STRATILAX.

Quia adeo foris unguentis uncta es ausa accedere, 260
 Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.

ASTAPHIVM.

Erubui mecastor misera propter clamorem tuum.

STRATILAX.

Itane? erubuisti? quasi vero corpori reliqueris
 Tuo potestatem coloris ulli capiundi, mala.
 Buccas rubrica, creta omne corpus intinxi tibi. 265
 Pessumae estis!

ASTAPHIVM.

Quid est, quod vobis pessumae? Dic mihi.

STRATILAX.

Scio

Ego plus, quam med arbitrare scire.

ASTAPHIVM.

Quid id est, obsecro,

Quod scias?

STRATILAX.

Herilis noster filius apud vos Strabax
 Vt pereat, ut eum inliciat in malam fraudem et
 praemium.

ASTAPHIVM.

Sanus si videare, dicam. Dicis contumeliam: 270
 Nemo hominum hic perire solet apud nos; res per-
 dunt suas;

Vbi perdiderunt res: abire hinc, si volunt, nudis licet.
 Ego non novid adulescentem vostrum.

STRATILAX.

Veron'?

ASTAPHIVM.

Serio.

STRATILAX.

Quid maceria illa ait, in horto quae est, quae in
 noctis singulas

Latere fit minor, qua is ad vos damni permensust
 viam? 275

ASTAPHIVM.

Non mirum, ut vetust maceria, lateres si veteres
 ruont.

STRATILAX.

Aiin' tu, mala, lateres veteres ruere? Nunquam ede-
 pol mihi

Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum
creduit,

Ni ista ego vostra hero maiori facta denarravero.

ASTAPHIVM.

Estne illic violentus?

STRATILAX.

Suam non olim illic meretriculis 280

Moeniendis rem coëgit: verum parsimoniae

Duritiaequae; quae ad vos, scio, nunc exportatur,
pessumae.

Hem tibi, o sexungula! male vivatis! — Egone haec
mussitem?

Iam enim ego hercle ibo in forum atque haec facta
narrabo seni:

Namque illuc ipse gestit: ergo coget examen mali.

i. t. 285

ASTAPHIVM.

Si ecastor hic homo sinapi victitet: non censeam

t. t. c.

Tam esse tristem posse. At pol, hero benevolens
ut is est suo,

Vortam ego illunc! Quamquam violentust, spero
mutari potest

Blandimentis, ornamentis ceteris meretriciis.

Vidi equidem exanimatas domitas fieri aequae alias
beluas. 290

Nunc ad heram revidebo. Sed eccum odium pro-
greditur meum.

Tristis exit: haud convenit etiam hic dum Phrone-
sium.

DINARCHVS. ASTAPHIVM.

DINARCHVS.

Piscis ego credo, qui usque, dum vivont, lavant,
i. s. I, 4.

Minus diu lavare, quam haec lavat Phronesium.
Si proinde amentur mulieres, diu quam lavant: 295
Omnes amantes balneatores sient.

ASTAPHIVM.

Non quis parumper durare opperirier?

DINARCHVS.

Quin hercle lassus iam sum durando miser.

ASTAPHIVM.

Mihi quoque prae lassitudine opus est ut lavem.

DINARCHVS.

Sed obsecro hercule, Astaphium, i intro ac nuntia,
300

Me adesse. I propere et suade, iam ut satis laverit.

ASTAPHIVM.

Licet.

DINARCHVS.

Audin' etiam?

ASTAPHIVM.

Quid vis?

DINARCHVS.

Di me perduint!

Qui te revocavi! Non tibi dicebam. I modo.

ASTAPHIVM.

Quid iam revocabas me, inprobe nihilique homo?
Quae passuum tibi mille peperit mora morae. 305

DINARCHVS.

Sed quid hic haec autem tamdiu ante aedis stetit?

Nescio quem praestolata est. Credo, militem.
 Illum student iam: quasi volturii, triduo
 Prius praedivinant, quo die esuri sient;
 Illum inhiant omnes; illi est animus omnibus. 310
 Me nemo magis respiciet, ubi istic venerit,
 Quam si hinc ducentos annos fuerim mortuos.
 Ut re servire suave est! Vae misero mihi!-
 Post factum plector, qui antepartum perdidi;
 Verum nunc si qua mi obtigerit hereditas 315
 Magna atque luculenta, nunc, postquam scio,
 Dulce atque amarum quid sit ex pecunia:
 Ita ego illam edepol servem, itaque parce victitem,
 Ut — nulla faxim cis dies paucos siet.
 Ego istos, qui nunc me culpant, confutaverim. 320
 Sed satis est vocis: sentio aperiri fores,
 Quae absorbent, quidquid venit intra pessulos.

PHRONESIVM. DINARCHVS.

PHRONESIVM.

Num tibi nam, amabo, ianua est mordax mea,
 i. s. I, 5.
 Quo introire metuas, mea voluptas?

DINARCHVS.

Ver vide!
 Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! 325

PHRONESIVM.

Qui tam infacetus, Lemno adveniens, qui tuae
 Non des amicae, mi Dinarche, savium?

DINARCHVS.

Vah, vapulo hercle ego nunc, atque adeo male!

PHRONESIUM.

Quo te avortisti?

DINARCHVS.

Salva sis, Phronesium.

PHRONESIUM.

Salve. Hicne hodie coenabis, salvos quom advenis?

330

DINARCHVS.

Promisi.

PHRONESIUM.

Vbi tu coenabis?

DINARCHVS.

Vbi tu iusseris:

Hic.

PHRONESIUM.

Me lubente facies.

DINARCHVS.

Edepol me magis.

Nempe tu eris hodie mecum, mea Phronesium?

PHRONESIUM.

Velim, si fieri possit.

DINARCHVS.

Cedo soleas mihi!

Properate! auferte mensam!

PHRONESIUM.

Amabo, sanun' es? 335

DINARCHVS.

Non edepol bibere possum iam: ita animo male est.

PHRONESIUM.

Mane: aliquid fiet. Ne abi.

DINARCHVS.

Ah, adpersisti aquam!

Iam rediit animus. Deme soleas. Cedo, bibam.

PHRONESIVM.

Idem es ecastor, qui soles. Sed dic mihi,
Benene ambulavisti?

DINARCHVS.

Huc quidem hercle ad te bene, 340

Quom tui videndi copia est.

PHRONESIVM.

Complectere.

DINARCHVS.

Lubens. Ah, hoc est melle dulci dulcius!
Hoc tuis fortunis, Iupiter, praestant meae!

PHRONESIVM.

Dane savium.

DINARCHVS.

Imo decem.

PHRONESIVM.

Vtine istuc pauperis,

Plus polliceri, quamde ego a te postulo? 345

DINARCHVS.

Vtinam a principio re item parsissem meae,
Vt nunc reparco saviis!

PHRONESIVM.

Si quid tibi

Conpendi facere possim: factum edepol velim.

DINARCHVS.

Lavisti iam?

PHRONESIVM.

Pol mihi quidem atque oculis meis.

Num tibi sordere videor?

DINARCHVS.

Non pol mihi quidem; 350

Verum tempestas (memini enim) quondam fuit,
 Quom inter nos sorderemus alter alteri.

Sed quod ego facinus audivi adveniens tuom?
 Quod tu hinc me absente novi negoti gesseras,
 Quomque bene provenisti salva: gaudeo. 355

PHRONESIVM.

Tibi mea consilia summa semper credidi.
 Equidem nec pepererim puerum nec praegnas fui;
 Verum adsimulavi, me esse praegnatem, haud eram.

DINARCHVS.

Quapropter, o mea vita?

PHRONESIVM.

Propter militem

Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi 360
 Me habebat annum, dum hic fuit.

DINARCHVS.

Ego senseram.

Sed quid istuc? quom re id te adsimulare retulit?

PHRONESIVM.

Vt esset aliqui laqueusque et redimiculum:
 Revorsionem ut ad me faceret denuo.
 Nunc huc remisit nuper ad me epistolam: 365
 Sese experturum, quanti sese penderem.
 Si, quod peperissem, id educarem ac tollerem:
 Bona me habiturum sua omnia.

DINARCHVS.

Ausculto lubens.

Quid denique agitis?

PHRONESIVM.

Mater ancillas iubet,

Quoniam nunc decimus mensis adventat prope, 370
 Aliam aliorum ire praemandare et quaerere
 Puerum aut puellam, qui supponantur mihi.
 Quid multa verba faciam? tonstricem Suram
 Novisti, nostras quae nunc erga aedis habet?

DINARCHVS.

Novi.

PHRONESIVM.

Haec, ut opera, circumit per familias, 375
 Puerum vestigat clanculum, ad me detulit,
 Datum sibi esse dixit.

DINARCHVS.

O merces malae!

Eum nunc non illa peperit, quae peperit prior;
 Sed tu posterior.

PHRONESIVM.

Ordine omnem rem tenes.

Nunc, ut praemisit nuntium miles mihi, 380
 Non multo post hic aderit.

DINARCHVS.

Num tu te interim

Quasi pro puerpera hic procuras?

PHRONESIVM.

Quippini,

Vbi sine labore res geri pulcre potest?
 Ad suum quemque aequom est quaestum esse cal-
 lidum.

DINARCHVS.

Quid me futurum est, quando miles venerit? 385
 Relictusne abs te vivam?

PHRONESIVM.

Vbi illud, quod volo,

Habebo

Habebo ab illo: facile inueniam, quomodo
 Divortium et discordiam inter nos parem;
 Postilla ego tecum; mea voluptas, usque ero
 Adsiduo.

DINARCHVS.

Imo hercle vero ad cubuo mavelim. 390

PHRONESIVM.

Quin dis sacrificare hodie pro puero volo
 Quinto die, quo fieri oportet.

DINARCHVS.

Censeo.

PHRONESIVM.

Non audes aliquid dare mihi munusculum?

DINARCHVS.

Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea,
 Vbi quidpiam me poscis.

PHRONESIVM.

At ego, ubi abstuli. 395

DINARCHVS.

Iam faxo hic aderit; servolum huc mittam meum.

PHRONESIVM.

Sic facito.

DINARCHVS.

Quidquid autem erit, boni consulas.

PHRONESIVM.

Ecastor munus te curaturum scio,
 Quoius me non poeniteat, ut mittas mihi.

DINARCHVS.

Num quidpiam vis aliud?

PHRONESIVM.

Vt, quando otium 400

Tibi sit, ad me revisas.

III.

[32]

DINARCHVS.

Fac valeas.

PHRONESIVM.

Vale.

DINARCHVS.

Proh di immortales, non amantis mulieris,
 Sed sociai unanimantis, fidentis, fuit
 Officium facere, quod modo haec fecit mihi,
 Suppositionem pueri quae mihi credidit, 405
 Germanae quod sorori non credit soror.
 Ostendit sese iam mihi medullitus,
 Se mi infidelem nunquam, si vivat, fore.
 Egone illam ut non amem? egone illi ut non bene
 velim?
 Me potius non amabo, quam huic desiet amor. 410
 Ego isti non munus mittam? Iam domo eloco
 Iubebo ad istam quinque perferri minas;
 Praeterea obsonari hic duntaxat ad minam.
 Multo illi potius bene erit, quae bene volt mihi,
 Quam mihimet, omnia qui mihi facio mala. 415

P H R O N E S I V M.

Puero isti date mammam. — Vt miserae matres sol-
 licitaeque ex animo t. t. II, 1.
 Sunt crucianturque! Edepol conmentum male!
 quomque eam rem in corde
 Agito: nimio minus perhibemur malae, quam sumus
 ingenio. as. ex t. d. et i. d. c.
 Ego primum domi docta dicto. t. d.

Quanta est cura in animo, quantum corde capio
 b. t. 420

Dolorem, dolus ne occidat morte pueri!
 Mater dicta quod sum, eo magis studeo vitae,
 Quia ausa hunc clam tantum dolum sum adgredi.
 Lucri causa avara probrum sum exsecuta:
 Alienos dolores mihi suppositi. 425

Oportet rem nullam dolose adgredi,
 Nisi si astute adcurateque exsequare.
 Vosmet iam videtis, ego ut ornata incedo:
 Puerperio nunc esse med aegram adsimulo.
 Male quod mulier facere incepit, nisi si ecficere
 perpetrat: t. t. c. 430

Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miserae mi-
 seria est;
 Bene si facere incepit: eius eam cito odium percipit.
 Nimis quam paucae sunt defessae, male quae facere
 occeperunt;

Nimis quam paucae ecficiunt, si quid facere occe-
 perunt bene.
 Mulieri nimio malefacere melius opus est, quam
 bene. 435

Ego quod mala sum, matris opera mala sum et
 meapte malitia,
 Quae me gravidam esse adsimulavi militi Babylonio.
 Eam nunc malitiam adcuratam miles inueniat volo.
 Iste haud multo post, credo, aderit: nunc prius
 praecaveo sciens,

Eumque ornavi ornatum, ut, gravida quasi puer-
 perio cubem. 440
 Date mi huc stactam atque ignem in aram: ut ve-
 nerem Lucinam meam.

Hic adponite atque abite ab oculis. — Eho, Pithe-
cium,

Face ut adcumbam. Agedum: adiutare sic decet
puerperam. —

Soleas mi indue, pallium iniice, Archylis, in med
huc. Vbi es,

Astaphium? fer huc verbenam mihi thus et bella-
ria. 445

Date aquam manibus. Nunc ecastor ut veniat mi-
les velim.

STRATOPHANES. PHRONESIVM.
ASTAPHIVM.

STRATOPHANES.

Ne exspectetis, spectatores, meas dum pugnas prae-
dicem: t. t. c. II, 2

Manibus duelli praedicare soleo, haud in sermonibus.

Scio ego, multos memoravisse milites mendacium:

Et Homeronidae et postilla mille memorari potis, 450

Qui et convicti et condemnati falsis de pugnis sient.

Non laudandus est, qui credit, quae audit, plus
quam quae videt;

Non placet, quom illi plus laudant, qui audiunt,
quam qui vident:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem:

Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt.

455

Non placet, quem scurrae laudant, manipulares mus-
sitant,

Neque illi, quorum lingua gladiatorum aciem praestringit domi.

Strenui nimio plus prosunt populo quam arguti et cati:

Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit;
Sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica, 460

Quae alios conlaudat, eapse sese vero non potest.
Nunc ad amicam decimo mense post Athenas Atticas

Viso, quam gravidam reliqui meo compressu, quid ea agat.

PHRONESIVM.

Vide, quis loquitur tam propinque.

ASTAPHIVM.

Miles, mea Phronesium,
Tibi adest Stratophanes: nunc tibi opust, aegram ut te adsimules.

PHRONESIVM.

Tace: quid ad hoc t. t. 465
Egeo te, malum, admonitrice? an me maleficio vincere est? t. t. c.

STRATOPHANES.

Peperit mulier, ut ego opinor.

ASTAPHIVM.

Vin' adeam ad hominem?

PHRONESIVM.

Volo.

STRATOPHANES.

Euge, Astaphium eccam it mi advorsum.

ASTAPHIVM.

Salve ecastor, Stratophanes.

Venire salvom

STRATOPHANES.

Scio, Sed peperitne, obsecro, Phronesium? i. t.

ASTAPHIVM.

Peperit puerum nimium lepidum.

STRATOPHANES.

Ecquid mihi similst?

ASTAPHIVM.

Rogas? t. t. c. 470

Quin, ubi natus est, machaeram et clypeum poscebat sibi.

STRATOPHANES.

Meus est: scio iam de argumentis.

ASTAPHIVM.

Nimium quam similst!

STRATOPHANES.

Papae!

Iam magnust? iamne legionem lectat? quem spoliare volt?

ASTAPHIVM.

Here nudiusquintus natus est quidem ille.

STRATOPHANES.

Quid tum postea? i. t.

Inter tot dies quidem hercle iam aliquid actum oportuit. t. t. c. 475

Quid illi ex utero exitio est priusquam poterat ire in proelium?

ASTAPHIVM.

Consequere atque illam saluta et gratulare illi.

STRATOPHANES.

Sequor.

PHRONESIVM.

Vbi illa est, obsecro, quae me hic reliquit?

STRATOPHANES.

Quid, quid ab se abisti? t. t.

ASTAPHIVM.

Adsum; adduco tibi exoptatum Stratophanem.

PHRONESIVM.

Vbi is est, obsecro? t. t. c.

STRATOPHANES.

Mars peregre adveniens salutatur Nerienem uxorem
suam. 480Quom tu recte provenisti quomque es aucta liberis,
Gratulor, qui mihi tibi que magnum donasti decus.

PHRONESIVM.

Salve, qui me interfecisti pene et vita et lumine,
Quique vim magni doloris per voluptatem tuam
Condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo mi-
sera sum. 485

STRATOPHANES.

Heia, haud ab re, mea voluptas, iste tibi obvenit
labos:

Filiam peperisti, qui aedis spoliis opplebit tuas.

PHRONESIVM.

Multo ecastor magis oppletis tritici opus granariis:
Ne, ille priusquam spolia capiat, hic nos extinxit
fames.

STRATOPHANES.

Habe bonum animum.

PHRONESIVM.

Savium pete hinc, sis. Ah, nequeo caput 490

Tollere: ita dolui itaque ego nunc doleo, neque etiam
 queo
 Pedibus mea sponte ambulare.

STRATOPHANES.

Si plane ex medio mari
 Savium tuom petere iubeas: petere haud pigeat, mel
 meum.

Id ita esse experta es nuncque experiere, mea Phro-
 nesium,

Me te amare: adduxi ancillas tibi eccas ex Suria
 duas; 495

Iis te dono. Adduce huc tu istas. Sed istae regi-
 nae domi

Suae fuerunt ambae; verum patriam ego excidi manu.
 Iis te dono.

PHRONESIVM.

Poenitetne, quot mi ancillae sunt iam,
 Qui nunc etiam insuper adducas, quae mihi come-
 dint cibum?

STRATOPHANES.

Hoc quidem si hercle ingratum est: cedo tu mi
 istam, puere, perulam. — Hem, 500
 Mea voluptas, attuli eccam pallam ex parva Graecia.
 Tene tibi.

PHRONESIVM.

Hoccine mi ob labores tantos tantillum dari?

STRATOPHANES.

Perii hercle miser! iam mihi auro constat
 filius,

Et iam nunc male perdit me. — Ad id purpuram
 ex Sarra tibi

Attuli et dua Ponto amicula. Tene tibi, voluptas
mea. 505

Accipe hoc. — Abducite istasce hinc e conspectu
Suras.

Ecquid amas me?

PHRONESIVM.

Nihil ecastor, neque meres.

STRATOPHANES.

Nilne huic sat est?

Ne mihi nunc verbum quidem unum dixit. Viginti
minis.

Venire illaec posse credo dona, quae ei dono dedi.
Vehementer nunc mi est irata; sentio atque intel-
lego; 510

Verum adibo. — Quid ais nunc tu? num me vis,
voluptas mea,

Quo vocatus sum, ire ad coenam? mox ad te huc
cubitum ivero.

Quid taces? — Planissime edepol perii! Sed quid
illuc boni est?

Qui is homo est, qui ducit pompam tantam? Cer-
tum est, quo ferant,

Observare. Huic, credo, fertur; verum iam scibo
magis. 515

GETA. PHRONESIVM. STRATOPHANES.

GETA.

Ite hinc simul, mulieridamigeruli, as. ex 2 i. h. II, 3.
Forasgerones, bonum exagogae!

Attat eccam, adest propinque! Credo audisse haec
me loqui. t. t. c.

Pallida est, ut puerum peperit. Adloquar, quasi
nesciam. 540

Iubeo vos salvere.

PHRONESIVM.

Noster Geta, quid agis? uti vales?

GETA.

Valeo et venio ad minus valentem et, melius qui
valeat, fero.

Herus meus, ocellus tuos, anteferre me haec iussit
tibi

Dona, quae vides hos ferre, et has quinque argenti
minas.

PHRONESIVM.

Pol haud perit, quod illunc tantum amo. i. tr. br.
545

GETA.

Iussit orare, ut haec grata haberes tibi. c. t.

PHRONESIVM.

Grata quaeque ecastor habeo. Iubeo auferri in-
tro. I, Cyame. — as. ex t. d. et i. d. c.

Ecquid auditis haec, quae imperata sunt?
co. ex c. d. et t. h.

GETA.

Vasa noſo auferant: desiccari iube. c. t.

PHRONESIVM.

Inpudens mecastor.

GETA.

Quinam est? Egone?

PHRONESIVM.

Tu.

GETA.

Bona fide? as. ex t. d. et i. d. 550
 Tun' ais inpudentem me esse, ipsa quae sis stabu-
 lum flagiti?

PHRONESIVM.

Dic, amabo te, ubi est Dinarchus?

GETA.

Domi.

PHRONESIVM.

Dic, ob istaec dona, as. ex t. d. et i. d. c.
 Quae ad me misit, me illum amare plurimum homi-
 num omnium ergo,
 Meque honorem illi habere omnium maxumum, c. t.
 Atque, uti veniat huc, obsecrare.

GETA.

Ilicet! 555

Sed quis illic nam homo est, qui ipse sese comest,
 Tristis, oculis malis? Animo hercle homo suo est
 miser,

Quisquis est.

PHRONESIVM.

Dignus mecastor est.

GETA.

Nam quis est?

PHRONESIVM.

Non novisti, obsecro, qui olim apud me erat?
 Huius pater pueri ille est. Vsque abiectaculum 560
 Iussit ali: mansi, auscultavi, observavi, inquam, —
 perulam. t. t. c.

GETA.

Novi hominem nihili. Illic, quaeso, est?

PHRONESIYM.

Illic.

GETA.

Me intuitur gemens.

Traxit ex intumo ventre suspirium. c. t.

Hoc vide: dentibus frendit, icit femur.

Num, obsecro, nam hariolus, qui ipse se verberat?
565

STRATOPHANES.

Nunc iam ego meos animos violentos meamque
iam iram ex pectore promam! t. t.

Loquere: unde es? quous es? cur ausus mi inclementer dicere? t. t. e.

GETA.

Lubium.

STRATOPHANES.

Istuccine mihi responsas?

GETA.

Hoc: non ego te floccifacio. t. t.

STRATOPHANES.

Quid tu? cur es ausa te alium dicere hominem
amare?

PHRONESIYM.

Lubium.

STRATOPHANES.

Ain' tandem? Istuc primum experiar. Tun' pusilli
doni causa, 570

Olerum atque escarum et poscarum, moechum malacum, cincinnatum,

Vmbraticolam, tympanotribam, amas, hominem non
nauci?

GETA.

Quae haec res?
 Meone hero, inprobe, tu maledicere audes, fons
 viti et periuri?

STRATOPHANES.

Verbum unum adde istuc: iam ego hercle te hic
 hac offatim conficiam!

GETA.

Tange modo: iam ego te hic agnum faciam et me-
 dium distruncabo! 575
 Si tu ad legionem bellator cluis: at ego in culina
 clueo.

PHRONESIVM.

Si aequom facias: adventores meos non incuses mihi,
 quorum
 Dona grata et accepta habeo, tuaque ingrata, quae
 abs te accepi.

STRATOPHANES.

Tunc pol ego et donis privatus sum et perii!

GETA.

Plane istuc est. t. t. c.

PHRONESIVM.

Quin nunc ergo hinc, odiose, is, confessus omnibus
 reus? 580

STRATOPHANES.

Perii hercle hodie, ni hunc a te abigo!

GETA.

Accede modo huc! adi huc modo!

STRATOPHANES.

Etiam, t. t.
 Scelus viri, minitare? quem ego offatim iamiam con-
 cipilabo!

Quid tibi huc ventio est? quid tibi hanc aditio est?

c. t.

Quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam?
Emorire ocius, si manu niceris!

GETA.

Quin manu nicerim?

STRATOPHANES.

Fac, quod iussim: mane: 585
Iam ego te hic offatim conficiam! Occidi optu-
mum est.

GETA.

Captio est: istanc machaeram longiorem habes,
quamde haec est; t. t.

Sed verum sine domo petere, si quidem belligeran-
dum est tecum.

Ibi demum ego tecum, bellator, arbitrum aequom
ceperim. t. t. c.

— Sed ego cesso hinc me amoliri, ventre dum
salvo licet? 590

PHRONESIVM.

Date soleas atque me intro actutum ducite: i. s.
Nam mihi de vento misere condoluit caput.

STRATOPHANES.

Quid mihi futurum est, quoi duae ancillae dolent,
Quibus te donavi? — Iamne abisti?

PHRONESIVM.

Hem, sic datur!

STRATOPHANES.

Quo pacto? excludis? — Quaeso, potine planius, 595
Quam exclusus nunc sum? Pulcre ludificor! Sine!
Quantillo mi opere nunc persuaderi potest,
Vt ego his subfringam talos totis aedibus!

Num quidpiam avarum mutat morem mulierum?
 Postquam filiolum peperit: animos sustulit 600
 Nunc, quasi mihi dicat: „Nec te iubeo nec veto
 Introire in aedis.“ At ego nolo! non eo!
 Ego faxo dicat me in diebus pauculis
 Crudum virum esse. Sequere me hac. Verbum sat est.

S T R A B A X. A S T A P H I V M.

S T R A B A X.

Rus mane dudum hinc ire me iussit pater:
 i. s. III, I. 605
 Vt bubus glandem prandio depromerem.
 Postilla venio: quom advenit, si dis placet,
 Ad villam, argentum meo qui debebat patri,
 Tarentinas qui mercatus ovis; quaerit patrem;
 Dico esse in urbe; interrogo, quid eum velit; 610
 Homo crumenam sibi de collo detrahit,
 Minas viginti mihi dat; accipio lubens,
 Condo in crumenam; ille abiit: ego propere minas
 Ovis in hac crumena in urbem detuli.
 Fuit edepol Mars meo periratus patri: 615
 Nam oves illius haud longe absunt a lupis.
 Nam ego istos urbanos mundulos amasios
 Hoc ictu exponam atque omnis eiiciam foras.
 Eradicare est certum cumprimis patrem,
 Post id locorum matrem. Nunc hodie feram 620
 Argentum ad hanc, quam mage amo quam matrem
 et patrem.
 Tat, ecqui est? nullust? ecqui hoc aperit ostium?

A S T A -

ASTAPHIVM.

Quid istuc alienum est, amabo, mi Strabax,
 Qui non extempulo intres? anne oportuit
 Ita te quidem, qui es familiaris?

STRABAX.

Ibitur;

625

Ne me morari censeas.

ASTAPHIVM.

Lepide facis.

STRATILAX. ASTAPHIVM.

STRATILAX.

Mirum videtur, turi herilem filium i. s. III, 2.
 Strabacem non redisse, nisi si clanculum
 Conlapsus huc est in corruptelam suam.

ASTAPHIVM.

Iam pol illic inclamabit me, si adspexerit. 630

STRATILAX.

Quid vis? quid?

ASTAPHIVM.

Quid? Tuam expeto truculentiam.

STRATILAX.

Nimio minus saevos iam sum, Astaphium, quam fui
 Iam nenu sum truculentus; noli metuere.
 Dic, impera mihi quidvis et quovis modo.
 Novos omnis mores habeo; veteres perdidit. 635
 Vel amare possum, vel iam scortum ducere.

ASTAPHIVM.

Lepide mecāstor nuntias. Sed dic mihi,
 Haben'?

STRATILAX.

Parasitum te fortasse dicere.

ASTAPHIVM.

Intellexisti lepide, quid ego dicerem. . .

STRATILAX.

Heus tu, iam, postquam in urbem crebro conneo, 640
 Dicax sum factus; iam sum villator probus.

ASTAPHIVM.

Quid id est, amabo? Istaecce ridicularia
 Cavillationes vis, opinor, dicere.

STRATILAX.

Ita; at pauxillum id differt a caulibus.

ASTAPHIVM.

Sequere intro, amabo, mea voluptas.

STRATILAX.

Tene tibi; 645

Rabonem habeto: mecum ut hanc noctem sies.

ASTAPHIVM.

Perii, rabonem? quam esse dicam hanc belum?
 Quin tu arrhabonem dicis?

STRATILAX.

Ar facio lucri,

Vt Praenestinis conia est ciconia.

ASTAPHIVM.

Sequere, obsecro.

STRATILAX.

Strabacem hic opperiar modo, 650

Si ruri veniat.

ASTAPHIVM.

Is quidem apud nost hic Strabax.

Modo rure venit.

STRATILAX.

Priusne quam ad matrem suam?

Heu edepol homineim nihili!

ASTAPHIVM.

Iamne autem, ut soles?

STRATILAX.

Iam nunc nihil dico.

ASTAPHIVM.

I intro, amabo! cedo manum!

STRATILAX.

Tene. — In tabernam ducor devorsoriam, 655
 Vbi male accipiar mea mihi pecunia.

D I N A R C H V S.

Neque gnatust neque progignetur neque potest re-
 peririer, t. t. c. IV, I.

Quoi ego nunc aut dictum aut factum melius quam
 Veneri velim.

Divi magni, ut ego sum laetus! ut laetitia differor!
 Ita magna ad me nuntiavit Cyamus hodie gaudia: 660
 Mea dona deamata acceptaque habita esse apud
 Phronesium.

Cum istuc iam volupe est, tum hoc nimio magnae
 mellinae mihi,

Militis odiosa ingrataque habita. Totus gaudeo!
 Mea pila est: si repudiatur miles, mulier mecum
 erit.

Salvos sum, quia pereor; si non peream, plane in-
 terbitem. 665

Nunc speculabor, quid ibi agatur, quis eat intro,
 qui foras
 Veniat; procul hinc observabo, meis quid fortunis
 fuat.
 Quia nil habeo: unum, animus, me movet. Omnia
 agam precario!

A S T A P H I V M. D I N A R C H V S.

A S T A P H I V M.

Lepide ecficiam meum, hera, officium; vide modo
 ut intus tuom item ecficias. t. t. IV, 2.
 Ama, id quod decet, rem tuam; istum exinani.
 Nunc, dum isti lubet, dum b. s. 670
 Habet, tempus ei re obsecundes. b. tr.
 Prome venustates amanti tuas: ut gaudia conpares.
 t. t. c.
 Ego hic interim restitrix praesidebo, b. t.
 Istic dum sic faciat domum ad te exagogam;
 Nec quemquam interim istuc ad vos, qui sit odio, in-
 tromittam. Tu perge, ut lubet, ludere istos. b. o.
 675

D I N A R C H V S.

Qui est iste? Heia, Astaphium, indica, qui perit.

A S T A P H I V M.

Amabo, tun' eras? i. t.

D I N A R C H V S.

Molestusne sum?

A S T A P H I V M.

Nunc magis, quam fuisti: b. t.

Nam nisi qui usui est nobis, nobis molestus.

Sed, obsecro, da mi operam, ut narrem, quae vo-
lam. i. s.

DINARCHVS.

Nam quid id est? num mea refert? i. d. c. 680

ASTAPHIVM.

Non mu. Sed bolos quos dat intus !

DINARCHVS.

Qui? amator b. t.

Novos quispiam?

ASTAPHIVM.

Integrum et plenum est adorta

Thesaurum.

DINARCHVS.

Quis est?

ASTAPHIVM.

Eloquar; sed taceto.

Nostine hunc Strabacem?

DINARCHVS.

Quidni?

ASTAPHIVM.

Solus summam habet hic apud nos. t. t.

Nunc is fundust nobis. Bono animo male rem gerit.

DINARCHVS.

Perii hercle ego item. 685

ASTAPHIVM.

Stultus es, qui facta infacta facere verbis postules.

t. t. c.

Thetis quoque etiam lamentando pausam fecit filio.

DINARCHVS.

Non ego nunc intro ad vos mittar?

ASTAPHIVM.

Quidum quam miles magis?

DINARCHVS.

Quia enim plus dedi.

ASTAPHIVM.

Plus etenim es intromissus, quom dabas;
Sine vicissim, qui dant operam, ob id, quod dant,
operam utier. 690
Literas didicisti; quando scis: sine alios discere.

DINARCHVS.

Discant. dum mihi argutari liceat: ne oblitus siem,
Quae didici.

ASTAPHIVM.

Interea, magister, dum tu commentabere,
Vult illa itidem commentari.

DINARCHVS.

Quid?

ASTAPHIVM.

Rem accipere identidem.

DINARCHVS.

Dedi equidem hoc die eii quinque argenti deferri
minas; 695

Praeterea unam in obsonatum.

ASTAPHIVM.

Id enim istuc delatum scio:
De eo nunc bene sumus tua virtute minuma.

DINARCHVS.

Vt inimici mei
Bona edint istaec? Mortuom hercle me, quam id
patiar, mavelim!

ASTAPHIVM.

Malim inimicos mi invidere, quam med inimicis meis:
 Nam invidere alii bene esse, tibi male esse, miseria est. 700

Qui invident, egent illi; quibus invidetur, ii rem
 habent.

Stultus.

DINARCHVS.

Quid id est?

ASTAPHIVM.

Opperire.

DINARCHVS.

Quid iam?

ASTAPHIVM.

Quia pol mavelim.

DINARCHVS.

Non licet de obsonio meo me participem fieri?

ASTAPHIVM.

Si volebas participari: auferres dimidium domum.
 Nam itidem hic ut Acherunti ratio accepti scribitur:

Intro accipimus; quando acceptum est: non potest
 ferri foras. 705

Bene vale.

DINARCHVS.

Resiste!

ASTAPHIVM.

Amitte! sine!

DINARCHVS.

Mitte intro.

ASTAPHIVM.

Ad te quidem.

DINARCHVS.

Imo istuc ad vos.

ASTAPHIVM.

Enim non potest.

DINARCHVS.

Nimum potest. Sine

Experiri.

ASTAPHIVM.

Imo opperire: vis est experirier.

Dicam adesse, ni occupata est.

DINARCHVS.

Resta! Exi!

ASTAPHIVM.

Frustra siet. 710

DINARCHVS.

Redin', an non?

ASTAPHIVM.

Redeam; sed vocat me, quae in me plus potest.

DINARCHVS.

Vno verbo eloquere: Mittin' me intro?

ASTAPHIVM.

Mendax es! abi!

Vnum aiebas; tria iam dixti verbad, ac mendacia.

DINARCHVS.

Abiit! intro hinc ivit! Ego mihi haec ut patiar
feri?

Iam hercle ego tibi, inlecebra, ludos faciam clamore
in via, 715

Quae advorsum legem accepisti a pluribus pecuniam!
Iam hercle apud magistratus omnis faxo erit nomen
tuom;

Post id ego manum te iniuciam quadrupli, venefica,

Suppostrix puerum! Ego edepol iam tua probra
aperibo omnia.

Nil mihi iam; perdidit omne, quod fuit: fio inprudens,

720

Nec mihi adest tantillum pensi iam, quos capiam
calceos. —

Sed quid ego hic clamo? quid, si me iubeat intro-
mittier?

Conceptis, me non facturum, verbis iurem, si velit. —
Nugae sunt. Si stimulos pugnis caedis: manibus plus
dolet.

De nihilo est illi te irasci, quae te non flocci facit. 725

Sed quid hoc est? Proh di immortales, Calliclem
video senem,

Meus qui adfinis fuit, ancillas duas constrictas ducere,
Alteram tonstricem huius, alteram ancillam suam.

Pertimui! postquam una cura cor meum movit modo:
Timeo, ne malefacta antiqua mea sint inventa omnia.

730

CALLICLES. ANCILLA. TONSTRIX.
DINARCHVS.

CALLICLES.

Egon' tibi male dicam aut adeo male velim? Vt
animus meust, t. t. c. IV, 3.

Propemodum expertae estis, quam ego sim mitis
tranquillusque homo.

Rogitavin' ego vos pendentis verberans ambas simul?
Commemini; quo quidque pacto sitis confessae, scio.

Haec nunc volo scire eodem pacto: sine malo fa-
teamini! 735

Quamquam vos colubrino ingenio ambae estis: edico
prius,

Ne duplicis habeatis linguas: ne ego bilinguis vos
necem;

Nisi si ad tintinnaculos vos voltis educi viros.

ANCILLA.

Vis subigit verum fateri: ita lora laedunt brachia.

CALLICLES.

At si verum mi eritis fassae: vinclis exsolvemini. 740

DINARCHVS.

Etiam nunc, quid sit negoti, falsus incertusque sum;
Nisi quia timeo tamen.

TONSTRIX.

Ergo nunc quid peccavi?

CALLICLES.

Scio.

Omnium primum diversae state. Hem, sic! istac volo.
Nunc ne inter vos significetis: ego ero paries. Lo-
quere tu.

ANCILLA.

Quid loquar?

CALLICLES.

Quid puerod actum est, mea quem peperit filia, 745
Meo nepoti? Capita rerum expedito.

ANCILLA.

Istae dedi.

CALLICLES.

Iam tace. — Accepistin' puerum tu ab hac?

TONSTRIX.

Accepi.

CALLICLES.

Tace:

Nil moror praeterea: satis es fassa.

TONSTRIX.

Inficias non eo.

CALLICLES.

Nam levorem tute scapulis istoc concinnas tuis. —
 Conveniunt adhuc utriusque verba.

DINARCHVS.

Vae misero mihi! 750

Mea nunc facinora aperiuntur, clam quae speravi fore.

CALLICLES.

Loquere tu. Qui dare te huic puerum iussit?

ANCILLA.

Hera maior mea.

CALLICLES.

Quid tu? cur eum accepistid?

TONSTRIX.

Hera me rogitavit minor,

Puer uti ferretur, eaque ut celarentur omnia.

CALLICLES.

Loquere tu. Quid eo fecisti puero?

TONSTRIX.

Ad meam heram detuli. 755

CALLICLES.

Quid eo puero tua hera fecit?

TONSTRIX.

Herae meae extemplo dedit.

CALLICLES.

Quoi, malum, herae?

ANCILLA.

Duae sunt istae.

CALLICLES.

Cave tu, nisi quod te rogo, ni- t. t.
si ex te exquaero.

TONSTRIX.

Mater, inquam, filiae dono dedit. t. t. c.

CALLICLES.

Plus quam dudum loquere.

TONSTRIX.

Plus tu rogitas.

CALLICLES.

Responde ocius:

Quid illa, quoi donatust? Inque.

TONSTRIX.

Supposivit.

CALLICLES.

Quoi?

ANCILLA.

Sibi 760

Pro filiolo.

CALLICLES.

Ain' pro filiolo? Di, obsecro vostram fidem,
Vt facilius alia, quam illa, unde est, puerum natum
parit!

Haec labore alieno puerum peperit sine doloribus.
Puer quidem beatus: matres duas habet et avias
duas.

Iam metuo, patres quot fuerint. Vide, sis, facinus
muliebre! 765

ANCILLA.

Mage pol ad viros malitia haec pertinet quam ad
mulieres:

Vir illanc, non mulier, praegnatem fecit.

CALLICLES.

Item ego istuc scio.

Tu bona ei custos fuisti.

ANCILLA.

Plus potest, qui plus valet.

Vir erat: plus valebat: vicit; quod petebat, abstulit.

CALLICLES.

Et tibi quidem hercule idem attulit magnum malum.

770

ANCILLA.

De istoc ipsa, etsi tu taceas, reapse experta; intellego.

CALLICLES.

Nunquam te facere hodie quivi, ut, quisquis esset, diceres.

ANCILLA.

Tacui; at nunc non taceo, quando adest: necesse est, indicem.

DINARCHVS.

Lapideus sum: commovere me miser non audeo.

Res palam omnis est! meo illic nunc fiunt capiti comitia!

775

Meum illuc facinus, mea stultitia est! Timeo, quam mox nominer.

CALLICLES.

Loquere, filiam meam quis integram stupraverit?

ANCILLA.

Video ego te, propter malefacta qui es patronus parieti!

DINARCHVS.

Neque vivos neque mortuos sum, neque, quid nunc
 faciam, scio,
 Neque, ut hinc abeam, neque, ut hunc adeam, scio!
 timore torpeo! 780

CALLICLES.

Dicin', an non, nunc?

ANCILLA.

Dinarchus, quo illam prius desponderas.

CALLICLES.

Vbi is homo est, quem dicis?

DINARCHVS.

Adsum, Callicles. Per tua obsecro
 Genua, ut tu istuc insapienter factum sapienter feras,
 Mihique ignoscas, quod animi inpos vini vitio fece-
 rim.

CALLICLES.

Non places: in mutum culpam confers, quod ne-
 quit loqui. 785
 Nam: si fabulare posset vinum: se defenderet.
 Non vinum hominibus moderari, sed homines
 vino solent,
 Qui quidem probi sunt; verum qui improbus, si
 aquam subbibit,
 Sive adeo scatet temeto: tamen ab ingenio impro-
 bust.

DINARCHVS.

Scio equidem, quae nolo, multa mi audienda ob-
 noxiam. 790
 Ego tibi me obnoxium esse fateor, culpaee conpotem.

ANCILLA.

Callicles, vide, quaeso, homini ne facias iniuriam:
Reus solutus causam dicit; testis vinctos attines.

CALLICLES.

Solvite istas. — Agite, abito tu domum, et tu au-
tem domum.

Eloquere haec herae tuae. Puerum reddat, si quis
eum petat. — 795

Eamus, tu, in ius.

DINARCHVS.

Quid vis in ius me ire? Tu es praetor mihi.
Verum te obsecro, ut tuam gnatam des mi uxorem,
Callicles.

CALLICLES.

Eundem pol te iudicasse istanc quidem rem intel-
lego:

Nam haud mansisti, dum ego darem illam; tute
sumsisti tibi.

Nunc habeas, ut nactus: verum hoc ego te multabo
bolo: 800

Sex talenta magna a dote demam pro ista inscitia.

DINARCHVS.

Bene agis mecum.

CALLICLES.

Filium istinc tuom te meliust repetere.
Ceterum uxorem, quam primum potis, abduce ex
aedibus.

Ego adeo iam illi remittam nuntium adlini meo:

Dicam, ut aliam conditionem filio inueniat suo. 805

DINARCHVS.

At ego ab hac puerum reposcam: ne mox inficias
eat. —

Nihil est: nam ipsa haec ultro, ut factum est, fecit
omnem rem palam.

Sed nimium pol opportune eapse eccam egreditur
foras.

Nae ista stimulum longum habet, quae usque illinc
cor pungit meum!

PHRONESIVM. DINARCHVS.
ASTAPHIVM.

PHRONESIVM.

Blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino
ad rem suam. t. t. c. IV, 4. 810

Si alia membra vino madeant: cor sit saltem so-
brium.

Nam mihi dividiae est, tonstricem meam sic mulca-
tam male.

Eadem dixit, eum Dinarchi puerum inventum filium.

DINARCHVS.

Avidam adibo, quam penes est mea omnis res et
liberi.

PHRONESIVM.

Video eccum, qui amans tutorem meum adoptavit
bonis. 815

DINARCHVS.

Mulier, ad te sum profectus.

PHRONESIVM.

Quid agitur, voluptas mea?

DINARCHVS.

Non voluptas! aufer nugas! nil ego nunc de istac re ago.

PHRO-

PHRONESIVM.

Scio mecastor, quid velis, quid postules et quid petas.
Me videre vis; me amare postulas; puerum petis.

DINARCHVS.

Di immortales, ut planiloqua est! paucis ut rem
ipsam attigit! 820

PHRONESIVM.

Scio equidem, sponsam tibi esse et filium ex spon-
sa tua,

Et tibi uxorem ducendam iam, et alibi iam animum
tuom:

Vt me quasi pro derelicta sis habiturus. Sed tamen
Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,

Vni qui aetatem cubili nunquam committit suam, 825

Quin, si unum ostium obsidetur, aliud perfugium
gerat.

DINARCHVS.

Otium ubi erit: de istis rebus tum amplius tecum
loquar;

Nunc puerum redde.

PHRONESIVM.

Imo amabo, ut hos dies aliquos sinas
Esse eum apud me.

DINARCHVS.

Minime.

PHRONESIVM.

Amabo.

DINARCHVS.

Quid id opust?

PHRONESIVM.

In rem meam est.

Triduum hoc saltem, dum miles aliquo circumducitur. 830

Si auferes puerum: omnis tum mihi spes animam efflaverit

In eam rem. Re si quid habebō: tibi quoque etiam proderit.

DINARCHVS.

Factum cupio: nam re facere, si velim, non est locus.

Nunc puerum utere et procura: quia, unde procures, habes.

PHRONESIUM.

Multum amo te ob istam rem ecastor. Vbi domi metues malum: 835

Fugito huc ad me. Saltem amicus mi esto manubiarius.

DINARCHVS.

Bene vale, Phronesium.

PHRONESIUM.

Iam me tuum oculum non vocas?

DINARCHVS.

Id quoque interim futatim nomen commemorabitur.

PHRONESIUM.

Numquid vis?

DINARCHVS.

Facultas operae mi ubi erit: ad te venero.

PHRONESIUM.

Ille quidem hinc abiit, abscessit: dicere hic quidvis licet. 840

Verum est verbum, quod memoratur: Vbi amici, ibidem opes.

Propter hunc spes etiam est, hodie tactum iri militem.

STRATOPHANES.

Nimium saevis.

PHRONESIVM.

Sic sine.

Potin', ut mihi molestus ne sis?

STRATOPHANES.

Quid id est, Astaphilitium?

ASTAPHIVM.

Merito ecastor tibi suscenset.

PHRONESIVM.

Egon'? Atque isti etiam parum

Male volo.

STRATOPHANES.

Ergo, mea voluptas, si quid peccavi prius, 855
 Supplicium ad te hanc mnam fero auri, si mihi ri-
 des. Spice.

PHRONESIVM.

Manus vetat, priusquam penes sese habeat, quid-
 quam credere.

Puero opust cibum; opus est autem matri, quae
 puerum lavit;

Opus nutrici autem: utrem ut habeat veteris vini
 largiter:

Vt dies noctisque potet; opus ligno; opus carbonibus;
 860

Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis;

Oleum opust; farina puero opust; opust totum diem;

Nunquam hoc uno die ecficiatur opus, quin opus
 semper siet:

Non enim possunt militares pueri setanio educari. t. t.

STRATOPHANES.

Respice ergo atque accipe hocce, qui istuc efficias opus. t. t. c. 865

PHRONESIVM.

Cedo, quamquam parum est.

STRATOPHANES.

Addo unam minam istuc postidea.

PHRONESIVM.

Parum est.

STRATOPHANES.

Tuo arbitrato, quod iubebis, addabitur. Dan' savium?

PHRONESIVM.

Mitte me, inquam! odiosus!

STRATOPHANES.

Nil sit; non amor; teritur dies.

Plus decem pondo auri morus paucillisper perdidit!

PHRONESIVM.

Accipe hoc atque auferto intro.

STRABAX.

Vbi mea amica est gentium? 870

Neque ruri neque hic quidquam operis facto; conrumpor situ:

Ita miser cubando in lecto hic exspectando obdurui.

Sed eccam video. Heus, heus, amica, quid agis mihi?

STRATOPHANES.

Quis ille homo?

PHRONESIVM.

Quem ego mecastor magis amo, quam te.

STRATOPHANES.

Quam me? quam me? quomodo?

PHRONESIVM.

Hoc modo, ut molestus ne sis.

STRATOPHANES.

Iamne abis, postquam aurum habes? 875

PHRONESIVM.

Condidi intro, quod dedisti.

STRABAX.

Ades amica: te adloquor.

PHRONESIVM.

At ego ad ted ibam.

STRABAX.

Ad me, delicia?

PHRONESIVM.

Hercle vero serio.

STRABAX.

Quamquam ego tibi videor stultus: gaudere aliqui
me volo:Nam quamquam bella es, malo tuo es, nisi te ego
aliqui gaudeo.

PHRONESIVM.

Vin' te amplectam et saviium dem?

STRABAX.

Quin quidvis face: gaudeam. 880

STRATOPHANES.

Meosne ante oculos illam ego patiar alios amplexa-
rier?Mortuom hercle satius duco me. Abstine hoc, mu-
lier, manum,Nisi si te manu mea in machaera et hunc vis
emori.

PHRONESIVM.

Nil *Φλυαρεῖν* satiust, miles, si te amari postulas.
Auro, haud ferro, deterreri potis est, ne amet, Stra-
tophanes. 885

STRATOPHANES.

Qui, malum, bella aut faceta es, quae ames homi-
nem istimodi?

PHRONESIVM.

Venitne in mentem, quod verbum in cavea dixit
histrionis?
„Omnes homines ad suum quaestum callent, nec
fastidiunt.“

STRATOPHANES.

Hunc cecine hominem te amplexari, tam horridum at-
que squalidum?

PHRONESIVM.

Quamquam hic squalidus, quamquam hic horridus
est: at est bellus mihi. 890

STRABAX.

Cave faxis volnus

STRATOPHANES.

Tibi nam?

STRABAX.

Quoi sunt dentes ferrei!

STRATOPHANES.

Dedin' ego aurum?

PHRONESIVM.

Mihi? Dedisti filio cibaria. i. t.

STRABAX.

Nunc, si istanc tecum esse speras: alia opust auri
mina. t. t. c.

STRATOPHANES.

Malam rem his, et magnam!

STRABAX.

Magno opere serva tibi viaticum. i. t.

STRATOPHANES.

Quid ista debet tibi?

STRABAX.

Tria.

STRATOPHANES.

Quaenam?

STRABAX.

Vingenta, noctem, savium. 895

PHRONESIVM.

Par pari respondet vero. — Verum nunc saltem, si
amas, t. t. c.

Dane tu mihi de tuis deliciis summis quid pauxil-
lulum.

STRATOPHANES.

Quid ita, amabo? quid itidem dem? — Dicedum. Si
superet: feres.

PHRONESIVM.

Campas dicis: abi, abi, consultatum istuc, nihili
homo.

STRATOPHANES.

Volgo ad se omnis intromittit. — Abstine istac, tu,
manum! 900

STRABAX.

Iam hercle cum malo magno tu vapula, vir stre-
nuos!

STRATOPHANES.

Dedi ego huic aurum.

STRABAX.

At ego argentum.

STRATOPHANES.

At ego pallam et purpuram.

STRABAX.

At ego ovis et lanam; et alia multa, quae poscet,
dabò.

Melius, te minis certare mecum, quam minaciis.

PHRONESIVM.

Lepidus's ecastor mortalis, mi Strabax. Perge, ob-
secro! — 905

Stultus atque insanus damnis certant; nos salvae
sumus.

STRATOPHANES.

Age, prior tu da aliquid!

STRABAX.

Imo tu prior perde et peri!

STRATOPHANES.

Hem tibi talentum argenti! Philippicum est. Tene tibi.

PHRONESIVM.

Tanto melior! Noster esto; sed de vostro vivito.

STRATOPHANES.

Vbi est, quod tu das? Solve zonas, provocator!
Quid times? i. t. 910

STRABAX.

Tu peregrinus; hic ego habito. — Num mea es?

STRATOPHANES.

Nego. Ambula. t. t. c.

STRABAX.

Pecua ad hanc collo in crumena ego obligata defero.

STRATOPHANES.

Quid dedisti? — Vt distrinxi hominem!

STRABAX.

Imo ego te vero.

STRATOPHANES.

Qui dedi?

PHRONESIVM.

I intro, amabo, et tu, ergo hac mecum. Tute eris
mecum quidem.

STRABAX.

Quid tu? quid, quid aiis? cum hoccine?

STRATOPHANES.

Non ego posterior dedi? 915

PHRONESIVM.

Tu dedisti; hic iam daturus: istuc habeo; hoc
expeto.

Verum utrique mos geratur amborum ex sententia.

STRABAX.

Fiat. Vt rem gnatam video: hoc accipiundum est,
quod datur.

STRATOPHANES.

Meum quidem ted occupare lectum certe non si-
nam.

PHRONESIVM.

Lepide ecastor aucupavi atque ex mea sententia, 920
Meamque ut rem video bene gestam, vostram rur-
sus bene geram.

Re, amabo, si quid animatus facere: fac iam uti
sciam.


Veneris causa adplaudite: eius haec in tutela est fa-
bula.

Spectatores, bene valet, plaudite atque exsurgite.

M. A. P L A V T I

F A B V L A R V M

F R A G M E N T A.



LOCI EX COMOEDIIS,
QVAE EXSTANT, CITATI, QVI TAMEN IN
NOSTRIS HODIE CODICIBVS NVSQVAM
COMPARENT.

AMPHITRVO.

1. **N**ec nobis praesente aliquis quisquam nisi ser-
vos . . .

Non. v. Absente.

2. Optumo iure infringatur aula cineris in caput.

t. t. c.

Idem v. Aula.

3. Ne tu postules, matulam unam tibi aquai in-
fundi in caput. t. t. c.

Idem v. Matella.

4. Herus Amphitruo occupatus. Idem v. Occupatus.

5. Quaeso adveniēti morbo ius medicabile. i. s.

Enim tu certe aut larvatus aut cerritus es.

Edepol hominem te miserum! medicum quaerita.

Idem vv. Advenire et Cerriti.

6. Quisquam, me absente, corpus volgavit suum. i. s.

Idem v. Volgavit.

7. Exiuravisti, te mihi dixisse per iocum. i. s.

Idem v. Exiurare.

8. Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitruo, decernere. t. t. c.

Idem v. Decernere.

9. Nisi hoc ita factum est, proinde ut factum esse autumo: i. s.

Non causam dico; verum ne insimules probri.

Idem v. Autumare.

10. Manifestum hunc obtorto collo teneo furem. t. tr.

Idem v. Furtum.

11. Ibi scrobes escodito duplos sexagenos in dies.

t. t. c.

Idem v. Scrobes. Priscian. l. 5 p. 657, l. 7

p. 751.

12. — Abiendi etiam nunc tibi est occasio. t. t. c.

Prisc. l. 11 p. 924.

13. Animam conprime. Non. v. Anima.

14. Quae etiam me miserum famosum faciet flagitiis suis. t. t. c.

Non. v. Fama.

A S I N A R I A.

- v. — Hic aderit, credo, congerro meus.

Idem v. Gerrae.

A V L V L A R I A.

1. Nec noctu nec diu quietus unquam eram; nunc dormiam. i. t.

Idem v. Diu.

2. Non quidem ego, qua qua voluptate, sumsi nec tetigi. t. t. c.

Idem v. Sumere.

3. Homo ebriolatus somno sanari solet. i. s.
Idem v. Ebriolare.
4. Qui mi olera cruda ponunt, halecem danunt. i. s.
Idem v. Halec.
5. Ego ecfodiebam in die denos scrobes. i. s.
Idem v. Scrobes.
6. Hic quidem pervicus custodem addidit.
Idem v. Pervico.
7. Vt admemordi hominem. Gell, 7, 9.
8. Myrtam. Myrtum. Porphyrio ad Horat. Od. 1, 38, 5.

Hic peregre moriens parasitum ibidem cogni-
tum i. s.

Coheredem instituit, tacita scripturae fide,
Thesaurum occultum si sine fraude ostenderet;
Locum tantummodo thesauri ostendit senex.

Vid. Plauti Querulus sive Aulularia ed.
Commelin. pp. 1, 2.

Parasitus domum purificat et puram facit. i. s. 5
Sed ubi urnam inspexit, vetere decipitur dolo:
Bustum simulatum credit, se irrisum putat.
Inde, ut se ulcisceretur, urnam, callide
Obrepens per fenestram, proculit in domum,
Qua comminuta bustum in pretium vertitur; 10

Post, re comperta, revolat et partem petit.
Sed quia, quae abstulerit, quae retulerit, non docet:
Furti, post et sepulcri violati, est reus.
Sic ambo, dominus et parasitus, denuo
Fato atque merito collocantur ad sua. 15

Ibid. p. 2.

Pacem, spectatores, sermo vos rogat poëticus, t. t. e.
Qui Graecorum disciplinas ore narrat barbaro,
Et Latinorum vetusta vestro recolit tempori.
Praeterea precator sperat; non inhumana vice,
Qui laborem indulsit vobis, vestram ut referat gra-
tiam. 20

Materies vosmet reficiet, si fatigat dictio.

In ludis autem atque dictis veniam antiquam exposcimus.

Nemo sibi arbitretur dici, quod nos populo dicimus,
Nec sibimet causam constituat propriam communi
ex ioco,

Nemoque aliquid recognoscat: nos mentimur omnia.

25

Ibid. p. 3.

Ego sum custos eius et cultor domus, i. s.

Cui fuero adscriptus; aedes nunc istas rego.

Decreta fatum ego tempero; si quid boni est,

Id ultro arcesso; si quid gravius, mitigo.

Ibid. p. 4.

Senio saltem extremo sibimet vixit, qui semper tibi.

t. t. c. 30

Ibid. p. 12.

Dic, quaeso, Querule, sanus es? QVER. Ita arbitror. i. s.

LAR. Quanti hoc existimabis? QVER. Hoc etiam imputas?

LAR. O Querule, es sanus et te felicem negas?

Vide, ne felicem fuisse te scias postmodum.

Ibid. p. 13.

— — LAR. Quid, si feliciorum t. t. 35

Tete edoceo, quam sunt isti, de quibus dicturus es?

t. t. c.

QVER. Tum igitur facies, posthac Querulus nullum permittat queri.

Ibid.

Sume tegmina igitur hieme trunca, aestate duplicia;

t. t. c.

Sume laneos cothurnos, semper refluos carceres.

Ibid. p. 15.

Vende vocem, vende linguam, iras atque odium
loca. t. t. c. 40

Ibid.

Omnem aetatem exosus agito: funus ut lautum patres. t. t. c.

Ibid.

Heia, nec chartas volo. Tribue saltem tu illius
mihi t. t. c.

Nunc

Nunc perègrini et transmarini mercatoris sacculum.

LAR. Age igitur, conscende navem; te tuosque credito

Pariter undis atque ventis. QVER. Istud nunquam volui ego. 45

Da mihi vel capsas Titi. LAR. Sume igitur et podagram Titi.

Neque ego istuc volo. Da psaltrias mi et concubinulas,

Quales habet avarus ille fenerator advena.

LAR. Habe nunc plane, quod rogasti. Suscipe totocum choro

Briseïden; Paphien, Cytheren; sed cum pondere Nestoris. 50

QVER. Hahahe, quamobrem? LAR. Habet hoc ille, cuius tu sortem petis.

Eho, Querule; en nunquam audivisti: Nemo gratis bellus est?

Ibid. p. 16.

Si nemo est felix: nemo igitur iustus. LAR. Et huic respondeo. t. t. c.

Sunt aliqui prope, fateor, iusti; sed prima horum est calamitas.

Ibid. p. 17.

Quid, si egomet nolo, Lar? LAR. Velis nolis, hodie bona t. t. c. 55

Fortuna aedes tuas intrabit. QVER. Quid, si ego aedes obsero?

LAR. Per fenestram defluet. QVER. Quid, si et fenestras clausero?

LAR. O stulte homo, prius istae pateant ipsaque tellus se aperiat,

Quam ut tu excludas vel submoveas, quod mutari non potest.

Neque ego id expectabam, ut grates ageres, sed ut in omnibus 60

Querulum te constaret. QVER. Nunc quo tendis tu? LAR. In aedes tuas,

Imo nostras, me recipio; inde ibo quolibet; ita tamen

Vsquequaque pervagabor, ut te nunquam deseram.

QVER. Incertus sum ego magis hodie, quam semper fui. i. s.

Quid ego nunc faciam cum responso huiusmodi? 65

Cuiquamne tale unquam datum est oraculum, ut

Ipse sibimet mala quaereret, ut ne excluderet,

Si fieri posset, ingruentem miseriam?

Perde, si quid est tibi, inquit, domi, ut adquires plurima. t. t. c.

Mea si mi auferantur, aliena aut quis aut quando dabit? 70

Vade, inquit, fures require; praedones recipe in domum.

Primum, hoc si cognosci atque etiam si probari poterit,

Non iudex, tanquam latronum conscius, pessumdabit?

Sed, ubinam ipsos modo requiram, ubi investigem, nescio.

Vbinam illa est cohors fuliginosa, vulcanosa, atra, 75

Quae de die sub terris habitat, nocte in terris ambulat?

Vbi, qui fibulas subducunt, quique curtant balteos?

Num quodnam meum nunc meritum fuit, ut mihi potissimum t. t. c.

Res divina ostenderetur? Nescio quod praestigium est.

Vereor, quod denuntiabat, furtum ne perfecerit. 80
Ibid. p. 18 sq.

MANDROGERVS. Multum sese laudant aliqui, qui vel pugnaces feras t. t. c.

Opprimunt casu aut deprendunt, vel fugaces bestias;

Quanto est mi ingenium et lucrum maius, qui homines venor publice! i. t.

Sed quos homines? Dites, potentes, literatos maxime.

Mandrogerus ego sum, parasitorum omnium praestantissimus. t. t. c. 85

Ibid. pp. 19 sq.

Erant praeterea uncinuli hamati torques et catenu-
lae. i. t.

MA. Dic, quaeso, aliqua insuper non somniasti
vincla et verbera?

SARDANAPALVS. Infaustum hercule hominem! so-
lum hic non vidit carcerem. t. t. c.

Ohe, homo prodigiose, ego te iam explodo cum
verbis tuis.

Nocte in somnis funus vidi. MA. Di te servent!
hoc bene! 90

SARD. Et ferebamus nos ipsi nescio quo illud.
MA. Optime!

SARD. Et deslebamus defunctum illum, quasi alie-
num tamen.

— — — — —
Talia etiam manifesta egomet malo, quam tua
somnia.

Funus ad laetitiam spectat, lacrimae ad risum per-
tinent.

— — — — —
Sed meum somnium narrabo prorsus manifestis-
simum. 95

Nescio quis dicebat mihi, servari manifesta fide
Nec cuiquam alteri id concessum aurum invenire,
nisi mihi;

Sed mi hoc tantum profuturum, quod consumsisset
gula.

— — — — —
O te felicem, Mandrogere, nosque, qui tecum sumus!

SARD. Ipsa est platea, quam requiris. SYCOPHAN-
TA. Recurre ad aediculam cito. 100

— — — — —
MA. At quam humiles fenestrae hic! Euge, hic fru-
stra clauduntur fores!

Tum praeterea inermes quantum inter se distant
regulae!

Haec segura mi hercle regio est, et nihil fures
nocent.

Sed mihi interius olet aurum. Alia tentandum est via.
Heia nunc, tu noster, tuque, si quid vobis ingeni 105

Comitatis et virtutis, nunc, nunc, totum ostendite!
Ego, tamquam Cynicus magister, clausa trado gaudia;
Retia vosmet obsidete, dum percurro cubilia.

SARD. In sacrario tria signa. MA. Convenit. SY-
COPHANT. In medio arula.

MA. Sic sunt omnia. SARD. Aurum ante aram.

MA. Hoc iam nostrum est! Quid? ipsius 110
Queruli indicia iam tenetis? SYCOPH. Melius hercle
quam tua.

Vide tu, an divinare possis; nos mentiri novimus.

MA. In parte hac ego deambulatum ibo; illum ob-
servabo omnia

Atque, ubi ratio postularit vel res, continuo hic ero.

Ibid. pp. 20 — 22.

QVER. Bellus hercle hic nescio qui est: non prae-
tereunda est fabula. t. t. c. 115

SYCOPH. Quaeso, sodes, aggrediamur ratione illum
qualibet

Hominem. SARD. O me stultum atque ineptum,
qui non consului statim!

Ibid. pp. 22 sq.

QVER. Salve, Mandrogerus. MA. Salvos esse vos
volo. i. s.

QVER. Tu quoque sacerdotum esto incolumis maxime:
Quoniam diligeris plurimum merito tuo. 120

Ibid. p. 24.

— Omnesque fructus paucorum improbitas capit. i. s.

Ibid. p. 26.

Cuncti alas quatiunt diris cum clangoribus. i. s.

Ibid. p. 27.

— Hominumque fata levibus volvunt paginis.

Ibid. p. 28.

Nos somnulentos credunt, quoniam somniculamur
de die; i. t.

Id facimus vigiliarum causa: quia vigilamus noctibus.

125

Nihil unquam naturam fecisse melius quam noctem
puto.

Ibid. p. 35.

Vivat ambitor togatus, convivator iudicum, t. t. c.
 Observator ianuarum, servulorum servulus.

Ibid. p. 36.

MA. Depone ab humeris, Querule, pondus tam
 grave. i. s.

Tute ipse malam Fortunam portasti foras. 130

QVER. Fatebor: nunquam fieri hoc posse credidi.
 Potentiam tuam et religionem res probat.

Arca istaec dudum a me introlata est. Quam levis
 Mihi soli et quam duobus nunc gravis fuit!

MA. Nescis, nihil esse gravius fortuna mala? 135

Ibid.

MA. Enarrari hoc subito non pote. Evenire autem
 solet, t. t. c.

Istaec calamitas moveri ut multis non possit iugis.

Iam istinc ergo nunc ministri lustrum id in fluvios
 dabunt;

Tu autem monita, quae dabo iam nunc, cape imis
 sensibus.

Mala, quam abstulimus, Fortuna haec redire tenta-
 bit domum. 140

QVER. Ne di sirint! una illi istaec et perpetua sit
 via!

MA. Triduo ergo istuc periculum est, ne ad te re-
 deat res mala;

Tu igitur universo hoc clausus esto domi nocte ac die,
 Nil domo foras nunc dederis, nilque in aedes re-
 cipias.

Ibid. p. 37.

PANT. Credo hercle, religionis causa ab importunis
 cautio est. i. t. 145

Ibid. p. 39.

Omnia iam perfecta sunt; nos hinc ad navem ce-
 leriter,

Ne quod etiam nunc desubito hic nobis nascatur
 malum.

Ibid. p. 42.

LAR. Tandem urna peperit auri gravida pondera,
 i. s.

Vilisque mater grande puerperium dedit,

Indigna frangi: tanta hoc non meruit fides. 150
 Memorabilis plane aula eodem tempore
 Domino fidem persolvit, furtum furibus.
 Ibid. p. 43.

BACCHIDES, quae et CHRYSALVS,
 velut apud Fulgentium v. Stegala.

1. Illa mei cognominis fuit.
 Serv. ad Aen. 6, 383.
2. Quibus ingenium est animi utibile et modicum
 et sine vernilitate. t, t,
 Non. v. Modicum, Charis. l. 2, p. 185.
 Ecquis evocat i. s.
3. Cum nasiterna et cum aqua illum impurissimum?
 Fest. v. Nasiterna.
4. Quae sodalem atque me exercitos habet,
 as. ex c. d. et t. h,
 Non. v. Exercitum, Charis. l. 2, p. 204.
5. Nam tu quidem quoivis excantare, credo, facile
 cor potes. i. t.
 Idem v. Excantare. Serv. ad. Virg. Eclog. 8.
6. Vincla, virgae, molae, saevitudo mala, c. t.
 Fit peior.
 Idem v. Saevitudo.
7. Cor meum, spes meae, mel meum, suavitudo, ci-
 bus, gaudium, c. s.
 Idem v. Suavitudo.
8. Limaces viri. Non. v. Limaces.
9. Ne a quoquam acciperes alio mercedem annuam,
 i. s.
 Nisi ab se, nec cum quiquam limares caput.
 Idem v. Limare.

Cupidon' te conficit, anne Amor?

Non. v. Cupido.

10. Praenestinum opino esse: ita erat gloriosus. b. t.

Idem v. Opino.

11. Sin lenocinium forte conlubitum est tibi: i. s.

Videas, mercedis quid tibi est aequom dari:

Ne istac aetate me sectere gratiis.

Charis. l. 2. p. 180.

12. Arabus. Idem p. 99.

13. Vlysses audiui fuisse aerumnosissimum, i. s.

Qui viginti annis errans a patria abfuit;

Verum hic adulescens multo Vlyssen antidit:

Quia ilico errat intra muros civicos.

Idem p. 181.

C A P T I V I.

Pileum, quem habuit, deripuit, eumque ad coelum

sustulit. t. t. c.

Non. v. Pileum.

C A S I N A.

1. Perii, ille habebit flocco iam homo lumbos

meos. i. s.

Non. v. Defloccare.

2. Intro eo ad uxorem subferre tergum meum ob

iniuriam. t. t. c.

Id. v. Sufferre.

3. Taedeo. Cledonius in Arte p. 1915 Putsch.

M I L E S.

1. Ita nos nostramque familiam habes exercitam. i. s.

Fulgent. v. Exercitus.

2. Modice sapis. Non. v. Modicum.

P O E N V L V S.

Importuna avis venit vesperi. t.

Charis. l. 2. p. 197.

P S E V D O L V S.

Nisi si carcerem ecfregeritis aliquando, vostram do-
mum, t. t. c.

Serv. ad Aen. 1, 139.

R V D E N S.

1. Homullulus fictus ex argilla et ex luto. i. s.

Prisc. l. 3. p. 614.

2. Aulas abstulas. Diomed. l. 1. p. 376.

S T I C H V S.

Nonne hoc publicitus — ?

Charis. l. 2. p. 190.

T R V C V L E N T V S.

Bona perdidit, mala reperi; factus sum a vobis ex-
tumus. i. t.

Priscian. l. 3. p. 609.

F A B V L A R V M
D E P E R D I T A R V M F R A G M E N T A.

* A X A P I S T V D I V M.

Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia. t. t. e.

Non. v. Pauperavit.

A G R O I C V S.

Quasi lupus ab armis valeo: clunis {infractos} gero.
 {defectos} t. t. c.

Fest. et Non. v. Clunes.

A D D I C T V S.

Opus facere nimio quam dormire mavolo: i. s.
 Veternum metuo.

Interpres Virgiliū ad Georg. 1, 124.

A R T A M O N.

Nunc mihi licet quidvis loqui: nemo hic adest su-
 perstes. i. t. c.

Fest. v. Superstites testes.

Unguentum, quod naribus mulionum nauteam fe-
 cisset, t. t. ?

Idem v. Nauteam.

ASTRABA, seu CLITELLARIA.

1. Sequere, adsequere, Polybadisce: meam spem
 cupio consequi. t. t. c.

POLYB. Sequor hercle quidem: nam lubenter,
 mea sperata, consequor.

Varro de L. L. 1. 5. c. 7 extr.

2. Axitiosae annonam caram e vili concinnant viris.
 t. t. c.

Idem ibid. l. 6. c. 3.

3. Terebra tu quidem pertundis, t. d.
 Non. v. Exterebrare.

4. Dare pedibus protinam sese ab his regionibus. i. s.
 Idem v. Protinus.

5. Terebratus multum siet, et subscudem addite. i. s.
 Fest. v. Subscudes.

Haec hactenus titulo Astrabae laudata sunt ab Auctoribus; nunc deinceps quae sequuntur, Clitellariae nomine citantur.

6. Apluda. Gell. 11, 7. Non. v. Apludas.

7. Non quasi ut haec sunt hic limaces lividae, i. s. Diobolares, scoenicolae, miraculae.

1. 2. Varro de L. L. 6, c. 4, Fest. v. Schoenicas.

Scratiae, crupedulae, strictibulgae, edentulae,

Varro ib. Gell. 3, 3. Non. v. Scruptas.

Cum { extritis } talis, cum { todelli }
 { extortis } } crusculis, { crotilis }

2. 3. Fest. l. l. 3. Fest. vv. Crocotilum, Succrotilla, Todi, Priscian. l. 3. p. 611 Putsch.

Capillo scisso atque excissatis auribus.

Non. v. Excissatum p. 544. ed. Merc.

8. Malum aufer: bonum mihi opus est, b. tr. c. Idem in Opus est illam rem.

9. Quasi tolleno aut pilum Graecum reciproces plana via, t. t. c.

Fest. v. Reciprocare.

10. Quin is, si iturus? Nimium es vegrandi gradu. i. s. Idem v. Vegrande.

11. Pol ad cubituram, mater, mage sum exercita A te, quam ad cursuram; eo sum tardiuscula.] Non. v. Cursus.

12. Quid? tuam amicam times, ne te manulea as. ex c. d. et t. h.

Caiet?

Fulgent. De Continentia Virgil. Mythogr. lat. Muncker. p. 163.

Stipulari semper me ultro oportet a viris :

Eum quaestum facio. Nihili vir es, —

Prisc. l. 8. p. 792.

B A C C H A R I A.

Quis est mortalis tanta fortuna adfectus unquam,
as. ex 2 anacr.

Quam ego nunc sum, quocius haec ventri portatur
 pompa? Vel nunc

Qui mihi acipenser in mari latuit antehac, quocius
 Ego latus in latebras dentibus meis et manibus red-
 dam!

Macrob. Saturn. 2, 12.

BIS COMPRESSA, seu BOEOTIA.

Vt illunc di perdant, primus qui horas reperit, i. s.

Quique adeo primus statuit hic solarium,

Qui mihi conminuit misero articulatim diem!

Nam puero me uterus hic erat solarium

Multo omnium istorum optimum et verissimum. 5

Vbi istic monebat: esse, nisi quom nihil erat;

Nunc etiam quom est, non estur, nisi soli lubet;

Itaque adeo iam oppletum oppidum est solariis:

Maior populi pars aridi reptant fame,

Gell. 3, 3.

C A L C E O L V S.

Nucem molluscam super eius dixit inpendere tegu-
 las. i. t.

Macrob. Sat. 2, 14.

C A R B O N A R I A.

1. Secundum ipsam aram aurum abscondidi. i. s.
Priscian. l. 10. p. 890.
2. Egeo pernam, sumen sueris, spectile, callum,
glandia. t. t. c.
Fest. v. Spetile.
3. Patibulus ferar per urbem; deinde subfigar cruci.
t. t. c.
Non. v. Patibulum.

C O E C V S, seu P R A E D O N E S.

1. Nil quidquam factum nisi fabre, nec quidquam
positum sine luxu, t. t.
Auro, ebore, argento, picturis, purpura, spoliis,
tum statuis.
Charisius l. 2. p. 179. Putsch.
2. Neque eam invitam a me unquam abduces. i. d. h.
Idem ib. p. 182.
3. Spectari ludos magnifice atque opulenter. i.
Idem ib. 187.
4. Peregre est. Id. ib. p. 189.
5. Plure altero tanto, quanto eius fundust, velim. i. s.
Idem ib. ead.
6. Ita sunt praedones: prorsum parcunt nemini. i. s.
Idem ib. ead.
7. Velim ted arbitrari factum sedulum esse. Sub-
moventur t. t.
Hostes; removentur lapides.
Idem ib. p. 194.
8. Si non strenue fatetur, ubi sit aurum: t. t.
Membra eius exsecemus serra.
Idem ib. 195.

9. Nil feci secus, quam me decet. i. Idem ib. ead.
 10. A. Quis tu es, qui ducis me? B. Mu! A. Perii
 hercle, Afer est! i. s.
 Idem ib. p. 213.

C O L A X.

- Batiolam auream habebat octo pondo; accipere no-
 luit. t. t. c.
 Non. v. Batiola.

C O N D A L I V M.

1. Tam crepusculo feram, ut amens? Lampadas
 accendite! t. t. c.
 Varro 4. de L. L. i. 6, 4.
 2. Pro in admiratione posuit Plautus Condalio. Fe-
 stus v. Pro.

C O N M O R I E N T E S.

- Saliam in puteum praecipis.
 Priscian. l. 6. p. 725.

C O R N I C V L A R I A.

1. Facite olant aedes Arabice.
 Diomed. l. 1. p. 378. Putsch.
 2. Qui latrocinatus regi annos decem Demetrio t. t. c.
 Mercede.
 Varro de L. L. l. 6. c. 3.
 3. Pulcrum et luculentum hoc nobis hodie evenit
 proelium. t. t. c.
 Non. v. Luculentum.
 4. — Obsecro te, pileum i. s.

Vide meum, mi sodalis, mea salubritas.

Non. v. Pileus.

5. Quid cessamus ludos facere? Circus noster ecce
adest. t. t. c.

Varro de L. L. l. 4. c. 32.

6. Qui amant ancillam Hedylium meam oculitus. i. s.

Non. v. Oculitus.

7. Mihi Laverna in furtis celebrassit manus. i. s.

Idem v. Laverna.

D Y S C O L V S.

Virgo ego sum: nondum didici nupta verba dicere.

t. t. c.

Fest. v. Nupta verba.

F E N E R A T R I X.

1. Heus tu, in Barbaria quod dixisse dicitur i. s.

Liberta suae patronae, id ego dico tibi:

Liberta, salve! Vapula, Papyria!

Fest. v. Vapula Papyria.

2. — Quae ego populabo probe. Diomed. l. 1. p. 395.

F R E T V M.

— Hoc est illud, i. t. c.

Quod arietinum dicitur responsum magnis ludis:

Peribo, si non fecero; si faxo, vapulabo.

Gell. 3, 3.

F R I V O L A R I A.

1. Commodo dictitemus.

Charis. l. 2. p. 174. et l. 2. p. 177.

2. Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris
 querquera. t. t. c.
 Priscian. l. 6. p. 719. Fest. v. Querquera
 febrem.
3. A. Sequimini me hac, sultis, omnes legiones La-
 verniae. t. t. c.
 Fest. v. Sultis.
 Vbi, rorarii, estis? B. En sunt. A. Vbi sunt
 accensi? B. Ecce nos.
 Idem ibid. l. 6. c. 3.
 A. Agite nunc, subsidite omnes, quasi solent
 triarii.
 Varro de L. L. l. 4, 16. Fest. v. Subsidium.
4. Nave agere oportet, quod agas, non ductarie. i. s.
 Fest. v. Navus.
5. Superaboque omnis argutando praeficas. i. s.
 Non. v. Praeficae.
6. — tunc papillae primulum i. s.
 Sororiabant; illud volui dicere,
 Fraterculabant. Verbis quid multis opust?
 Fest. v. Sororiare.
7. O amice, ex multis une, Cephalio, mihi! i. s.
 Priscian. l. 5. p. 673.
8. Strebulam agninam tene.
 Fest. v. Strebula.

F V G I T I V I.

- A. Age, age! B. Spectavi. A. Vibices quantas!
 vide! i. s.
- B. Iam inspexi. Quid id est?
 Varro de L. L. l. 6, 3.

GA-

G A S T R O N.

Carnem strebulam, aut de lumbo, obcoenabis

Varro de L. L. l. 6, 3.

H O R T V L V S.

Praeco ibi adsit cum corona; quique liceat, venéat.

t. t. c.

Fest. v. Sub corona venire.

K A K I S T V S.

Malo hunc adligari ad oriam: t. t. c.

Semper ut piscetur, etsi sit tempestas maxuma.

Fulgent. v. Oriam.

L E N O N E S G E M I N I.

Dolet huic puello, sese venum ducier. i. s.

Fest. v. Puelli. Priscian. l. 6, p. 697.

M E D I C V S.

1. In conspicillo adservabam; pallium observabam.

as. ex 2 anacr.

Non. v. Conspicillum.

2. — Parasito cum virgis caseum radi potest. t. t. c.

Idem v. Caseus.

3. Domi reliqueram exoletam virginem. i. s.

Priscian. l. 9. p. 872.

N E R V O L A R I A.

1. Scobinam ego lima actutum adrasia.

Varro de L. L. l. 6, 3.

2. Prohibent, quin moenia aliunde ego fungar mea. i. s.

Fest. v. Moenia.

III.

[36]

3. Ocissime nos liberi possimus fieri.
Idem v. Ocius.
4. Pollucte prodigum esse amatorem addecet. i. s.
Idem v. Prodegeris.
5. — Vinum sublestissimum: i. s.
Infirmos quia vel corpore vel animo facit.
Idem v. Sublesta.
6. Insanum valde uterque deamat.
Non. v. Insanum.

PARASITVS PIGER, sive LIPARGVS.

1. Inde, bene adpotus, primulo crepusculo i. s.
Domum ire coepit tramitis recta via.
Varro de L. L. l. 6, 3.
2. Ambo magna laude lauti, postremo ambo sumus
non nauci. t. t.
Fest. v. Naucum.
3. Addite lepades, echinos, ostreas. i.
Non. v. Lopades.
4. Nil moror mihi fucum in alveo, apibus qui per-
edit cibum. t. t. c.
Priscian. l. 10. p. 893.

P H A G O N.

- Honos syncerasto perit, pernis, glandio. t. t. c.
Varro de L. L. l. 6, 3.

P L O C I O N (Πλόκιον).

- Namque coloratam frontem habet, petilus, habrus. i. s.
Non. vv. Petilum et Frontem.

S A T V R I O.

1. Catulinam carnem esitavisse, hoc est comedisse, Romanos, Plautus in Saturione refert. Fest.

Ad quem locum Dacierius: Hanc Saturnionem (nam sic ille et hic et in ipso Festo) fabulam respicit Plinius, cum ait lib. 29.: Catulinam adicialibus quidem celebrem epulis fuisse, Plauti fabulae sunt indicio.

2. Retrahi nequitur, quoquo progressa est semel. i. s.
Fest. v. Nequitum.

3. Male tibi evenisse video. Glaber erat, tamquam
rien. t. t. c.

Idem v. Rienes.

4. Succenturia centum requie, qui te delectent do-
mi. t. t. c.

Idem v. Succenturiare.

S C Y T H A L I T V R G V S.

1. Mulier es, uxorcula! abi! te ego novi: scio axi-
tiosam. as. ex t. d. et i. d. c.

Varro de L. L. l. 6, 3.

2. — Sic ea mi insignitos pueros pariat postea,
t. t. c.

Aut varum, aut valgum, aut conpernem, aut pae-
tum, aut brocchum filium.

Fest. v. Valgos.

S Y R V S

Laudatur apud Festum v. Todi, proferturque inde versus Extritit talis etc. quem alibi ad Clitelariam refert Pompeius.

T R I G E M I N I.

— Ni fugissem: medium, credo, praemorsisset. t. t.
Gell. 7, 9.

V I D V L A R I A.

1. Vbi quamque pedem videbat, subfurabatur omnis.
as. ex 2 anacr.

Non. v. Pedis.

2. Nescio qui servos e myrteta prosilit. i. s.
Priscian. l. 4. p. 625.

3. Paupera haec res est.

Idem l. 5. p. 647. Prob. Cathol. p. 1457.

4. Dic mihi, si audes, quis ea est, quam vis ducere
uxorem. — t. t. c.

Idem l. 13. p. 960.

5. Opposita est claxendix. At ego signi dicam quid
siet. t. t. c.

Idem l. 5. p. 655.

Animum advortite ambo, sultis. Vidulum hic ad-
ponite; t. t. c.

Idem p. 692.

Ego servabo, quasi sequestro detis; neutri red-
debo,

Idem l. l. et p. 694. Non. v. Reddibo.

Donicum diiudicata res sit haec.

Idem l. l. et p. 959.

Haud fugio sequestrum.

Idem p. 692.

6. Inopiam, luctum, moerorem, paupertatem, algum,
famem. t. t. c.

Idem l. 6, p. 699.

7. Eiusdem Bacchae fecerunt nostram navim Pen-
theum. t. t. c.

Idem l. 7. p. 738.

8. — Nunc, ut apud sequestrum vidulum posivi-
mus, t. t. c.

Idem l. 10. p. 898.

9. Nunc servos a patre argentum expalpabitur. i. s.
Non. vv. Expalpare et Expalpabitur.

10. Imo id, haec quod nostra est patria et quod
hic meus est pater, t. t. c.

Illic autem Soterinis est pater,

Priscian. l. 7. p. 749.

11. Malim moriri meos, quam mendicariet: i. s.
Boni miserantur illum; hunc irident mali.

Non. v. Mendicariet.

12. Signum recte comparebat: huius contendi anu-
lum. t. t. c.

Idem v. Contendere.

13. Quid multa verba? plurimum luctavimus. i. s.
Idem v. Deluctavi.

14. — Culleo insui hunc iube t. t. c.
Atque in altum deportari, si vis annonam bonam.
Fulgent. v. Culleus.

15. Ibi ut piscabar: fuscina ici vidulum. i. s.
Non. v. Icit.

16. Nam audivi feminam ego leonem semel parere.
as. ex 2 anacr.

Philargyrius ad Virgil. Eclog. 2, 65.

**LOCI EX DEPERDITIS CITATI,
AMISSO ETIAM COMOEDIAE NOMINE.**

1. Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant; quarum usum quia C. Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur. Itaque aerumnae labores onerosos significant etc. Fest.
2. Bellule apud Plautum diminutivum adverbium est a bene, quod facit belle et bellule. Fest.
3. Coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus posuit. Fest.
4. Apud piscarium, ubi variae res. — t.
Varro de L. L. 4, 32.
5. Epeum fumificum, qui legioni nostrae b. t.
Cibum coctum habet.
Idem ib. l. 6. c. 3.
6. Obgannuit odiosus omni familiae. i. s.
Idem ibid. c. 5.
7. Plautus schematicè:
Nam pater tuos nunquam cum illac etiam lima-
vit caput. t. t. c.
Non. v. Limari.
8. Licet vos abire curriculo, Fest. v. Curriculo.
9. Iam tibi tuis meritis crassus corius redditust. i. s.
Fest. v. Corius.
10. Di bene vortant! tene crumenam: in ea erunt
triginta minae. t. t. c.
Idem v. Crumena.
11. Nullam ego rem citiorem apud homines esse,
quam famam, reor. t. t. c.
Idem v. Citior.

12. Stultus est advorsum aetatem et capitis canitudinem. t. t. c.

Idem v. Canitudinem.

13. Numnam mihi oculi coeculant? estne hic noster Hermio? t. t. c.

Idem v. Coeculant.

14. Eiuravit militiam. Fest. v. Eiuratio.

15. Sic me subes cotidie, quasi salicem-fiber. i. s.
Idem v. Fiber.

16. Herbam do cum ait Plautus, significat Victum me fateor; quod est antiquae et pastoralis vitae indicium: nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant. Fest.

17. Dirigere apud Plautum invenitur pro discidere. Fest.

18. Iniit ponitur interdum pro concubuit. Interdum pro invenit, ut Iniit rationem. Interdum pro introiit, ut Plautus: Iniit te unquam febris? Fest.

19. Neque muneralem legem, neque lenoniam, i. s.
Rogata fuerit nec ne, floccid aestumo.

Idem v. Muneralis.

20. Perfidiiose captus, edepol nervo cervices probas. t. t. c.

Idem v. Nervum.

21. Muriatica autem video in vasis stagneis, i. s.
Bonam naritam et camarum et tagenia,
Echinos fartos, conchas piscinarias.

Idem v. Narita.

22. Non ego te novi, navalis scriba, columbar impudens? t. t. c.

Idem v. Navalis scriba.

23. Nil deconçiliares illi, nisi quid persibus sapis.
t. t. c.
Idem v. Persæus.
24. Sacrum an profanum habeas, parvi penditur. i. s.
Idem v. Profanum.
25. Vlcerosam, conpeditam, subverbustam, sordidam.
t. t. c.
Idem v. Subverbustam.
26. Glirium examina. Non. v. Glis.
27. — Sed leno egreditur foras. i. s.
Hinc ex occulto sermonem eius sublegam.
Non. v. Legere.
28. Quid murmurillas tecum et te discrucias? i. tr. c.
Idem v. Murmurillum.
29. — Nec, machaera, mi audes dentis frendere?
Idem v. Frendere.
30. Flocci pendo, quid rerum geras. Fulgent. v. Flocci.
31. Argentum hinc facite. Donat. ad Terent. Phorm. 4, 3, 30.
32. Properant prandium. Iun. Philargyrius ad Virgil. Georg. 4, 171.
33. — Folles quam taurini habent, t. t. c.
Quom liquescunt petrae, ferrum ubi lit. —
Idem ibidem.
34. Non edit, ut possit, sed posse hic, ut edat, cupit.
i. s.
Is. Pontan. ad Macrob. Sat. 2, 8. et 7, 16.
35. Fortasse sese amare suspicariet. i. s.
Donat. ad Terent. Hec. 3, 1, 33.
36. Thocus, genus sellae, habetur apud Plautum.
Paul. Diac. ex Festo v. Thœcum.
37. Certe

37. Certe me supremum habuisti semper in rebus
tuis. t. t. c.
Fest. v. Supremum.
38. Perrexit in interiores partis domūis posticae, ut
ait Plautus, penitissumae, Varro Ταφῆ Μενίππια
apud Non. v. Posticam.
39. Egone illi venear? Diomed. l. 1. p. 365.
40. Inibi intus esto, donicum ego revenero. i. s.
Charisius l. 2. p. 178.
41. Butu batta. Haec Plautus pro nihilo et pro
nugis posuit, ut in glossis veterum battatti flu-
ctus quidam et sonus vocis effemenatior etc.
Idem p. 216.
42. Inscribam virgis ulmeis corpus tuom. i. s.
Serv. ad Aen. 1, 478.
43. Nunquam ad civitatem venio, nisi quando in-
fertur peplum. t. t. c.
Idem ibid. ad 480.
44. Scelerare manus. Idem ad Aen. 3, 42.
45. — Ipsa sibi avis mortem creat. Idem ad Aen.
6, 205 sqq.
46. — Pro larvato te circumferam. Idem ibidem
ad 228.
47. Paupera haec est mulier. Idem ad Aen. 12, 519.
48. Abi ergo. Festi fragmentum v. Naenia, p. 6.
49. — Si quae forte concio est, i. s.
Vbi eum hietare nondum in mentem venerat. —
Diomed. lib. 1. p. 336.
50. Cilix, Lycisce, Sosia, Stiche, Parmeno, i. s.
Exite et ferte fustis privos in manu.
Interp. Horat. ad Sat. 2, 5, 11.

51. Anus haec inbellis periculum portenditur. i. s.
Porphyr. ad Horat. Od. 1, 25, 7.
52. — Cette patri meo. Phocas p. 1718 Putsch. Cle-
don. Art. p. 1916. ibid. Alcuin. p. 2118. ib.
53. Vna est; decollavit. Diomed. p. 361. Putsch.
54. Mecum habet patagus, morbus, aes. i.
Macrob. Sat. 1. 5. c. 19. Fest. v. Patagus,
morbus.
55. Quid est hoc? rugat pallium. Amictus non sum
commode. i. t.
Gell. 18, 12.
56. Exi tu, Dave! age, sparge! mundum esse hoc
volo vestibulum. i. t.
Venus ventura est nostra: non hoc pulveret,
Idem ib.
57. Surum non est tibi.
Fest. v. Surum.
58. Vix super ego sum dolori, qui in dies vae!
misero mihi t. t. c.
Perdito regliscit mage magisque
Idem v. Regliscit.
59. — Qui talist de nat̄is suis (pro natabus).
Prisc. l. 7. p. 733.
60. Pullariam manum dexteram dixisse videtur Plau-
tus in
Idem v. Pullariam.
61. Vesperna apud Plautum coena intelligitur.
Paulus ex Festo v. Vesperna.
62. A. Venter suillus . . (dicam suo sibi nomine i. s.
Scrutillum) B. Egomet hodie si quid em
Esset comesus: forte biberem
Fest. fragm. v. v. Scrutillus.

63. — Inveniuntur tamen quaedam peregrina, quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas, Pallas, Atlas, Gigas: faciunt enim Calchantis etc.; quamvis antiqui, ut Pacuvius et Plautus, Calchan dicant, non Calchantem, et Gellius huius Calchae.

Charis. l. 1. p. 50.

64. Plautus: amiciter, veraciter, avariter, munditer, severiter, moestiter, aequiter, asperiter.

Prisc. l. 15. p. 1010.

65. Sic lacte lactis simile est. M. Valer. Prob. Catholic. p. 1445. Putsch.

66. — Haec praesepes mea est. Idem ibid. p. 1446.

67. Dur terminata. Vnum legi in Plauto, Magadur.

Idem ib. p. 1454.

68. Reboo. Idem ib. p. 1486.

69. Meminens. Sergius in Donati edit. 2. p. 1855
Putsch.

70. Cistellam efer cum crepundiis. Fulgent. v. Cistella.

71. — Cicatrices denudat et memorat vices.

Is. Pontan. ad Macrob. S. Scip. l. 1. c. 21.

72. (Dum aviculæ vernant. Idem. ib. ad 7, 16.)

73. (Religionem a se reiicere. Idem ib. ad 1, 12.)

ERRATA.

Vol. II. p. 87 v. 17: lege: vivendo.

Ib. p. 595 v. 832 extremo scribe, sis: t. t., et sequente versu notam eam induce, sicut etiam 837.





